5 ¶ † Sed querit an de necessitate articuli sint dandi in cā. Sol. dicit Archi. ꝙ si petātur debent dari: al's sufficit qualitercunq̄ testes sunt ꝓducti dūmodo super libello deponāt siue sint facti articuli vel positiōes siue nō. alle. per Host. in summa huius tituli. §. super quibus. sub. §. ⁊ cuncta. ver. fiunt aūt ⁊ sequenti. ⁊ in Spec. e. ti. §. nunc videndum. per totum. §. ⁊ facit de rest. spo. cū ad sedem. dicit tamen ꝙ cauere debet tradens articulū vel positionem ne faciat illum plura cōtinentem ne obliget se ad totū ꝓbādum taliter ꝙ perdat causam nisi ꝓbet cui mos gerendus est de proba. licet causaz. quia bene pōt se obligare probationi sub amissione cause. de elec. cum dilecti. de crimi. fal. c. fi. sicut ⁊ stare dicto aduersarij testibus nō iuratis. C. de fideiusso. l. fi. ⁊ de test. tuis. al's sufficeret probare vnū de mille propositis qd̄ sufficeret ad intentionez fundādam. de appel. significauit. de p̄ben. cū iaz dudum. allegat istud dictum ꝙ plura narrans in articulo vel positiōe videtur se astringere ad ꝓbandum omnia in illo cōtenta. ¶ Glo. super verbo ꝓductos querit corā quibus isti testes fuerint producti. Deinde recitat per cōtrariuz ꝙ nō potuerunt recipi. lit. nō cōtest. glo. Sol. Item opponit glo. ꝙ post examinationem vel receptionem testium nō iuretur de calum. nec fiāt positiōes glo. sol. in fi. glo. ¶ Contra determinationem glo. opponitur ꝙ nō possint fieri positiōes. quia aggrediēdo ꝓductiōes testium pars sibi precludere videtur viam ponendi. ¶ Nec ob. quod glo. inducit de iura. calum. quia illud ideo potest prestari in qualibet parte litis: quia nō p̄staretur ꝓpter partem tm̄ sed ꝓpter vtilitatem publicam cuius interest lites dirimi. sed positiones tm̄ fiunt fauore partium: ad qd̄ facit de foro cōpe. si diligenti. ita dicit Jo. mona. quosdā tenuisse: sed ipe dicit tenenduz qd̄ tenet glo. ne ꝓbatiōis copia sic angustetur. C. de hereti. l. pen. in fi. ſm Jo. and. ¶ Glo. super verbo omnia querit quare nomina testium exprimūtur deinde qualiter nomina practicētur. Item an possit alios a nominatis ꝓducere ⁊ soluit in fine glo. ex v̄bis glo. cōcludit Jo. an. ꝙ nō sufficit excipere in genere ꝯtra testes ꝙ sunt in talibus criminib⁹ irretiti: sed sigillatim illa ꝯtra quēlibet testem debet̄ exprimere crimen in quo est irretitus. ad hoc de elec. per inquisitionem. ⁊. j. de sen. excō. cōstitutionez inducit etiam Archid. de elec. c. j. s̄. e. lib. Et istud examinabitur. j. dicit tamen Jo. an. pōderandum ꝙ in exemplis positis hic in glo. nō exprimitur locus vel tp̄s criminis cōmissi. Et ista potuit esse ratio quare papa mandat ꝙ in partib⁹ fiat specificatio cause. vel posset dici ꝙ in curia nō erat facta specificatio ꝓut hic glo. assignat. sed dicebatur intendit ꝓbare titium adulteruz periurū ⁊c. ⁊ sic specificatio de qua dicitur hic in tex. latius sumet̄ Jo. and. ¶ Glo. super verbo interrogatoria. ista glo. ponit practicaz interrogatoriorū. ¶ In fin. glo. No. ex ista glo. que facit in argumentū ꝙ nō valet dictuz testis nisi partes cognoscat. de quo per glo. in. c. cū causam. s̄. e. ti. ꝓxi. ꝑ Arch. iij. q. iij. §. itē testiū. Sup dubio glo. dicit Jo. an. ꝙ si pars nulla daret interrogatoria ꝙ iudex debet facere ꝑ se illa que habent̄ in. c. cū cā. eo. ti. ⁊ ꝯsuluit Host. ꝙ potius fiant superflua ꝙ̄ omittat̄ aliqd̄ necessariuz vel vtile: ⁊ hoc q̄ si fuit omissum interrogatoriū tale negligenter vl' dolose: fiet iterato examinatio testium. nō ob. publicatiōe. s̄. e. ti. ꝑ tuas. qd̄ secus esset si nullū fuisset factū. Item vtile est q̄ forte iudex plura resecaret ꝙ̄ expediret. ⁊ arguit cōtra iudices qui cōmttunt examinationem testiū notarijs vel alijs cum deberent examinationē per se expedire. C. de fide instr. aut̄. apud eloquētissimū. vel ad minus cōmittere ꝑsonis idoneis et discretis. s̄. e. si qui testium. de testi. cogē. c. j. de ꝯsan. ⁊ affi. c. j. cuz in probatio

nibus sit tota vis cause potius deberēt cōmittere alia ꝙ̄ examinationem testiū. xliij. distin. quiescamus. sed quia istud est onerosum. ideo de facili cōmittitur etiaʒ per eos qui sportulas exigunt contra id. ff. de regu. iuris. l. secundū naturā. ⁊ de cle. coniugatis. diuersis. de preben. cum secundum. Joā. an. Bononie est consuetudo ꝙ quelibet pars ponat pro sua parte vnū examinatorem. ⁊ isti duo examinant ꝯm interrogatoria data per iudiceʒ correcta. ¶ Glos. super verbo specificatiōe colligit notabile ex tex. ¶ In fi. glo. per tex. ⁊ alleg. per glo. dicebat Inno. ꝙ nō sufficiebat excipere cōtra testem dicendo ꝙ erat periurus vel adulter. sed an talibus exceptionibus debeat specificari locus ⁊ tempus commissi criminis in accusatione. Idem ⁊ fortius in exceptione cum minus sit odiosa accusatio ꝙ̄ exceptio cōtra testes. vnde in exceptione compelluntur testes. ⁊ in accusatione nō. de testi. cogen. dilectorum. Et idem tenet hic Arch. ⁊ dicit Jo. an. ꝙ licet iste tex. sic allegatur ꝙ specificatio requirat̄ in exceptionibus. tamen iste tex. non probat: sed bene probat qđ specificatio non facta in exceptionibus debet fieri anteꝙ̄ probatio sup illis admittatur. quia hic erant admisse exceptiōes. ⁊ papa mādat ꝙ fiat specificatio ante probationem exceptionum: siue facta non fuerit primo. siue facta: sed non plene vt dixi. s. sup verbo nomina. ⁊ istud multum tenet Lap. abbas hic. et etiam dicit tenere Pau. in clemen. constitutionem. §. ceterum. de electioni. super verbo circunstantiarum. ⁊ allegat ibi istum tex. dicens qđ ille cui datus est terminus ad opponendū crimina vel defectus satisfacit termino ea indeterminate ponendo. ⁊ si petat̄ declaratio poterit declarari post terminum. quia qui declarat nō addit ff. de testa. l. heredes palam. §. quod vero quis. ⁊ de appel. vt nostrum. tamen dicit Lapus ꝙ talis exceptio efficaciter non dicetur recepta donec fiat specificatio cum illa requiratur ante temporis probationem. vt hic. ⁊ sic receptio talis exceptiōis ex futuro dependet euentu. de frigi. fraternitatis. ⁊ s. eo. lib. de elec. si forte. ergo quod a principio debebat fieri fiet postea ante receptionem testium super ea. facit tex. viij. dist. que contra. ꝯm Lapum. ⁊ idem tenet Pau. hic. ⁊ dicit ita fuisse consultum per do. Guidonem episcopum concordieñ. et ita dicit Stepha. seruari in romana curia ꝯm Pau.

1 ☞ Testes coraʒ iudice produci debent
2 Differentia inter productionem ⁊ receptionem testium
3 Judex an possit prefigere terminum ad testium personas reprobandas ante attestationum aperturam

1 **Si vero.** ¶ Nota primo ꝙ testes debent produci corā iudice. non ergo sufficit producere coram no-
2 tario. ¶ Nota differentiam esse inter productionem ⁊ receptionem testium. ⁊ inter examinationeʒ. ⁊ sic videtur ꝙ astrictus ad productionem testium. ⁊ infra certum terminum satisfacit termino si producit licet testes infra terminuʒ non sint examinati. de quo. j. de exces. prela. ¶ Nota ꝙ exceptio criminis ad repellendum testes potius videtur opposita contra testes ꝙ̄ contra producentem. ⁊ sic videtur hic tex. contra dictum Inno. in. c. verum de foro compe. vbi dicit ꝙ potius videtur opposita contra producentem. Sed potest intelligi dictum Inno. quantum ad effectum. quia ex tali exceptione producentis frustratur intentiōe sua cum probare non possit intentum propter talem repulsionē. ¶ Nota iuramentum malicie exigendum quando est presumptio contra excipientem crimina. ad hoc. s. de iura. cal. c. ij. in fi. eo. lib. ¶ No. opt. argu. ꝙ iudex potest eodem instanti assignare partibus super expeditione diuersoꝝ actuuʒ diuersos terminos. vt primo termino lapso pro vno actu assignato expediatur alius actus in alio termino. ad hoc de priuile. cum olim secūdo.
3 An iudex possit prefigere terminum ad reprobādas ꝑsonas testium ante aperturam attestationum. Innoc. hic tenet ꝙ sic per hunc tex. vbi expresse apparet ꝙ statuit̄ terminus ad reprobandum personas testiū: quorū dicta non erant publicata cum ipse examinator hic haberet remittere dicta testiū cum clausula: tamen ꝙ etiam potuisset opponere contra personas post aperturam testium si iste terminus hic non fuisset statutus. iuxta nota. eo. titu. presentium. ¶ Sed an poterūt reprobari testes reprobatorij reprobatoriorum quo ad dicta ipsorum post publicationem: qꝛ quo ad personas secūdi reprobatorij reprobari nō possunt. s. eo. titu. licet. iij. quod patet qꝛ tex. ibi bis dicit cōtra personas testium ⁊c. ⁊ videtur ꝙ contra dicta istorum secundoꝝ reprobatoriorum possit opponi: qꝛ pars non potuit videre eoruʒ dicta ante publicationē. ergo nō potuit percipere quid diceret. admittendus est ergo postea. et maxime si corruptionem admisceat. iuxta not. de proba. licet causam. in glo. ij. al's dabit̄ ipsis materia deponendi falsum. cōtra id de accu. qualiter. ij. §. debet nec mirum si facilius repellitur reprobatio persone ꝙ̄ dicti: q͛a testis licet criminosus habere possit zelum iustitie. ⁊ etiā de iure criminosus certis casibus admittit̄. patet de symo. licet hely. in fi. sed nunꝙ̄ falsum approbat̄ a iure cū sit ꝯtra xp̄m qui de se dicit Jo. xiij. Ego sum veritas. Iteʒ de falso pōt etiā opponi post sententiā. de ꝑba. licʒ cū ꝯcor. forti⁹ ergo videt̄ id fieri posse post scđam reprobationē. ⁊ licet hoc habeat multum equitatis. ratio tamen illius. c. licet. eo. ti. que est vt finē litibus imponat. multū obstat ꝯm Jo. an. hanc partē vltimā ꝙ non admittatur. tenet hic Jo. cal. pro qua inducit ꝙ reprobatio dicti etiaʒ respicit personam testis: que ex hoc arguit̄ de mendacio ⁊ periurio ꝑpter hoc odiū: ergo restringitur. de testi. co. delictorū. Item nō stat̄ dicto testis ꝑpter ꝯditioneʒ persone: puta qꝛ criminosus: quia ex hoc presumitur ꝙ verū nō dixerit. s. e. ti. testimoniū. ⁊ tamē nō auditur tertia reprobatio ꝯtra personam que nūꝙ̄ fuit reprobata. q͛ iura ꝑpter superfluitatē nō permittūt tertiā reprobationē ⁊ maxime hec ratio habet locū quādo in tertia reprobatiōe opponeretur ꝯ testem ꝙ al's deierauit. que tamē exceptio tūc nō admitteretur ⁊ tū ꝯstat iuris ꝑsumptione al's periuriū: ideo repellit qꝛ presumitur etiā postea deierare. xxij. q. v. paruuli. Et hoc etiā videtur tenere Hosti. s. eo. ex tenore. in fi. vbi dicit ꝙ sicut mulier nō auditur volēs ꝓbare indirecte falsitatē testiū viri. ita vir poterit ꝓbare per alios testes ꝙ primi sui dixerūt verū: ⁊ hoc etiā dicit ibi gl. sed addit Host. ꝙ ꝯ hos scđos nō licebit mulieri ꝓducere tertios. alleg. decreta. lʒ. ⁊ sic de reprobatione dictorū videtur loqui ad ea que dicit Jo. an. sup rub. ꝙ. d. c. lʒ nō permittit in probatione dictoꝝ qđ ꝓhibet in reprobatione personarū sed respicit factū ꝯm qđ ꝯ personas fiebat oppositio. ratio aūt qđ dabitur audacia deponēdi falsum nō ꝓcedit. quia id nō est ꝑsumendum. Item ꝯm illā etiaʒ quecūqʒ possunt reprobari persone per illū. §. debent. qđ tamē nō est verū: vt in. d. c. licet. ¶ Quod autem certis casib⁹ credat̄ testi criminoso est spāle. ⁊ qđ dicit ꝙ falsum nunꝙ̄ approbat̄ fateor cū id falsum forte ꝯstat sed hic non ꝯstat immo ꝑsumitur ꝯtrariū saltē ꝑpter iuramentū qđ prestiterunt. Ad vltimū respōde id verum cū corruptione vt dicit Inno. in. c. licet. Item nec illa cōsequentia est necessaria cū diuersa sint impedimenta snīa. ⁊ est secūda reprobatio. vnde ⁊ sicut in questione falsi est tp̄s limitatū de excep. cū venerabilis. ita nō est absurduʒ ꝙ scđa reprobatio illi etiā possit finē imponere ꝯm Jo. cald. dominus meus Anto. de but. tenet opi. Jo. an. dicēs ꝙ cū nos sumus cōtra regulas iuris cōis simpl'r permittētis reprobationē dictorum testiū stemus illi ex quo nō reperitur vitiata. cum. c. lʒ loquat̄ tm̄ in reprobatione personarū ⁊ nō dictorū. possent opiniones reduci ad ꝯcordiam ꝙ aut iste vult reprobare dicta testiū nō ꝑ alios testes sed per instr̄a vel per dicta suamet testiū ⁊ ex suis attestationibus. ⁊ tūc possit ad qđ optime tex. iiij. q. iij. si q̇s testibus. ⁊ qđ ibi no. glo. ⁊ Arch. ⁊ glo. in. c. presentiū. s. eo. tit. ⁊ ita ꝓcedit opi. Jo. an. ⁊ dn̄i mei: aut vult reprobare per alios testes. ⁊ tunc credo ꝙ nō possit per ratiōes Jo. cal. nisi adderet falsitati corruptionē testiū vult tex. in. d. x. si quis testibus. Nec ob. rō dn̄i mei ꝙ istud sit ꝯtra regulas iuris cōis nō admittere testes tertio reprobatorios qꝛ īmo est ꝯm regulas iuris cōis q̄ volūt ꝙ publicatis attestationib⁹ super eo. vel directe ꝯtrario articulo testes nō admittātur. s. eo. fraternitatis. ⁊ cle. de testi. eo. ti. vel dicʒ meli⁹ ꝙ nō est ꝯtra regulas iuris cōis. īmo dicit regula iuris cōis circa productiones testiū refrenatas tenētes in infinitū: vt in. c. significauerūt. e. ti. ⁊ in. c. fraternitatis. vt sit litiū finis nō admittitur testis publicatis attestationib⁹: licʒ etiā alia ratio illud induxerit. al's sequeret̄ ꝙ qua rōne admittitur quarta reprobatio dictorū eadē rōne admittet̄. v. ⁊. vj. et sic de alijs. vnde debet esse aliquis terminus ꝑcludens hāc infinitatē. Item ratio exp̄ssa in lege facit extendere legem ad aliqua comprehensa in illa q̄ sunt subiecta ⁊ ꝓportionabilia illi rationi etiā si lex sit exorbitās. vt no. glo. in cle. j. de elec. ratio ergo vt infinitas restringat̄ posita in dicto. c. lʒ est ꝓportionabilis etiā circa dicta ergo ad illam extēditur. ¶ Glo. penul. querit quare requiratur iuramentuʒ ⁊ sol. dupliciter in fi. glo. idem Jo. mo. Jo. an.

1 ☞ Aduocatus obligatus ad cause defensionem non videtur obligatus ad causam appellationis.
2 Juramentū in defectū plene ꝓbationis nō debet deferri nisi primo adsit presumptio ꝓ altera partium.
3 Sollicitator cause an possit esse testis.
4 Aduocatus meus in causa principali an possit esse aduocatus cōtra me in causa appellationis.
5 Notarius qui scripsit acta an possit esse testis.

Romana. Glo. j. diuidit sʒ nō summat ꝑpter tex. breuitatē pōt tamen sic summari. Aduocatus vel ꝓcurator principalis cause in causa appellationis testificari nō potest iuramentū etiā presumptione faciente pro appellante sibi deferri non debet nisi iudici videatur. h. d. ¶ † Nota argu. ꝙ aduocatus vel procurator obligati ad defensionem cause nō videntur obligati ad defendendaʒ causam appellationis de aduocato per Archi. vj. q. iiij. osius.

iiij.q.ij.osius.⁊ per Jo.an.in regula contractus.de regu.iur.in.ij.q. ẽ.de procura.nõ iniuste. ¶ Nota ꝙ ille qui est suspectus testis propter affectionem quã habet ad causam principalem.est etiã suspectus in causa appellatiõis:⁊ sic mutatio instantie litis nõ tollit suspitionem ex quo est eadem causa ⁊ persona. ¶ No.qꝺ procurator non potest esse testis in eadem causa ⁊ per se agitata. Nunquid autem instrumentum per procuratorem rogatum ante motionem litis in fauorem sui principalis faciat fidẽ in lite per ipsum procuratorem agitata. Jo.an.examinat.j.in regula cum quid.de reg.iur.in mercu. ¶ No.ꝙ illud dicitur fieri indistincte quod fit quolibet casu. ¶ No.ꝙ iuramentum in defectum plene probationis non debet deferri nisi primo adsit presumptio pro altera parte.ad hoc de iureiu.in.c.fi. ¶ No.ꝙ iudex non necessitatur ad deferendum iuramentum illi tantũ pro quo est presumptio siue sit reus.siue sit actor.sed in arbitrio suo est cui debeat deferre.⁊ sic videtur hic tex.pro dicto Jo.an.in ca.fi.de iureiu. ¶ No.quid debeat considerare iudex in delatione iuramenti fienda magis vni parti ꝙ̃ alteri.de quo plene ꝑ Joã.and.in.d.c.fi. ¶ Quero an iste tex.habeat locũ in appellato vt non possit producere in testem procuratorem vel aduocatũ. Jo.and.hic tenet ꝙ sic cum eadem ratio quare isti prohibentur habeat locum tam in appellato ꝙ̃ in appellante.ergo idem debet esse ius.de consti.translato.de rescri.inter ceteras. Nec ob.qꝺ hic exprimitur de appellante:q2 hoc ideo de eo fuit expressuz q2 eps remen.fauebat istis appellationibus ad curiam suaz vt ipsi inducerentur ad imponendas appellationes.⁊ cause ad curiaz suam deuoluerent.⁊ ideo admittebat in testes aduocatos ⁊ procuratores.⁊ etiam deferebat iuramentum appellanti indistincte presumptione faciente pro eo.⁊ ideo tex.potius expressit de istis.s.appellantibus. Jo.and. ¶ Quid de syndico vel actore an repellatur. Franc.tenet ꝙ sic.tamen q2 eadem est ratio.ergo idem debet esse ius.tum q2 ius canonicum de his nominibꝰ nõ curat.de procu.petito.ad quod optime.ẽ.eo.tit.in causis.⁊ idez tenet Jo.an.hic in consorte litis qui admittitur sine mãdato cũ eadem sit ratio in eo.immo fortior q2 maiorẽ affectionem presumitur habere ad causam ꝙ̃ simplex procurator.ẜm Joan.and. ¶ † Quid de sollicitatore cause an possit esse testis. domi.de rota conclusione.ccccxlij.dicunt ꝙ aut sollicitator est deputatꝰ ad causam per principalem cum assignatione salarij.⁊ tunc non poterit esse testis in illa causa.q2 maiorem affectionem videtur habere ad causam ꝙ̃ procurator qui propter hoc repellit̃.vt hic est casus.aut est deputatus vt per procuratorez ipsius cause.vt puta q2 procurator deputauit familiarem suum ad sollicitãdas causas suas.⁊ tunc poterit esse testis quia socius socij mei non est meus socius.lxxxj.dist.legitur maxime quãdo agitur de probatione leuis preiudicij.puta ad probandam diligentiam procuratoris.vel signa ⁊ sigilla ẜm.d.de rota.istud vltimum dictum non videtur verum in grauibus:quia vbi quis ad honorem reputat sibi victoriam cause.vel ad dedecus succũbere est testis suspectus.vt qui not. Sed ista ratio concludit etiaz in sollicitatore deputato per procuratorem.ergo videt̃ ꝙ etiam repelli debeat. An in delatione iuramenti que fit in defectum probationis requiratur citatio partis.d.de rota in conclusione.dclxxxix determinant ꝙ sic quia interest partis.⁊ quelibet pars poterit dicere sibi deferendũ esse ẜm qualitatem personarũ ⁊ circunstantias negocij.vt dicit tex. Item vna pars poterit alteri referre.vt no.de iureiu.c.fi. ¶ Quero de ratione quare isti repellantur a testificando.ratio est quia vterq3 est oblatus domino de dolo ⁊ negligentia.C.mandati.l.in re mandata.C.de admi.tuto.l.non est ignotum.vnde ⁊ aduocatus fidem susceptaz adhibere d3.ff.de varijs ⁊ extraor.cog.l.j.§.in honorarijs. Itẽ q2 vterq3 istorũ victoriam cause sibi reputat ad honorem ⁊ perditionem ad dedecus.ideo sunt suspecti etiam repellendi.ẽ.eo.in literis.et est expressuz extra.iiij.q.iij.ver.patroni exponendo quod ibi dicit̃ de executore.i.de procuratore ad impetrandũ ẜm Hosti.Joan.mo.Archi.⁊ Fran.⁊ Jo.an. ¶ Quid si procurator est datꝰ ad vnum articulum cause tantum an poterit in alijs articulis ipsiꝰ cause esse testis.dic ꝙ aut vult testificari in alijs articulis cõiunctis illi in quo fuit procurator vel aduocatus ⁊ nõ potest.aut in alijs separatis ⁊ potest.ad hoc de app.secũdo requiris.⁊.c.inquisitioni ẜm Fran. Et ex hoc infertur ꝙ procurator ꝯstitutus ad impetrandũ tantum rescriptũ poterit esse testis cuz tex.hic loquatur de illo qui fuit ꝓcurator in priori iudicio. Jo.an. ¶ Quid si aduersarius consentit ꝙ isti admittantur ad testificandũ.sol.possunt admitti cum istud sit introductum in eius fauorem cui renunciare potest.ad hoc.ẽ.eo.tit.tuis.⁊.C.de fideius.l.fi.⁊ procedit iste text.etiam si ageretur de probãda exceptione propter quam erat appellatio interposita ẜm Abb.⁊ sic dicit ponenduz casum. Jo.an. ¶ Glo.ij.recitat per ꝯtrarium ꝙ isti possunt esse testes:q2 instantia cause principalis differt ab instantia cause appellationis.glo.sol.assignando rationẽ. ¶ In fi.glo.super isto dubio an causa appellatiõis sit alia a causa principali. Joã.an.hic alleg.primo iura que ꝓbãt ꝙ sic.allegat primo text.ij.q.vj.si episcopus.xvj.distin.ab eo.vj.q.iiij.a suis.⁊ in omnibus his locis de hoc.⁊ facit quod no. Accur.C.de appel.pro hac facit etiã ẽ.eo.li.de iura.calũ.c.ij.primo responso. Ad contrarium ꝙ non sit alia inducitur.iij.q.vj.accusatus.xxxj.q.ij.lotharius.in fine.⁊.ij.q.vj.post scꝺam.⁊ in his etiam de hoc Lau.⁊ Jo.dicunt qꝺ eadem est causa ⁊ non est idem iudicium.pro quibus optime facit iste tex.ibi in priori iudicio. Goff.de procura.non iniuste.tenet ꝙ est alia causa. Archi.dicit aliquos distinguere causam appellationis a grauamine vel a diffinitiua ẜm Jo.an. Credo opinionem Jo.⁊ Lau.veram ꝙ licet causa possit dici eadem:tamen iudiciũ est diuersum.⁊ hoc tenet Jo.an.in.c.dispendia.ẽ.de rescrip.eo.libro.super verbo questiones.et idem tenet.j.in regula contractus.de reg.iuris.in mercuria.ij.q.⁊ de hoc opti.tex.in.c.accusatus.iij.qꝺ.vj.ibi.⁊ dum iterato iudicio pontifex causam

4 suam agit ⁊c.ibi optime probatur hec distinctio. ¶ † An aduocatus meus in causa principali possit esse aduocatus contra me in causa appellationis. Jo.and.dicit hic ꝙ sic:licet non sit honestum.⁊ hoc tenet Guilł.in Specu.de aduocato.§.nunc tractemus.in fine ⁊ idem not.ff.de posthu.l.finali. Jo.andr.⁊ pro hoc facit glossa bona.xlj.distin.disciplina.que dicit ꝙ in eadem causa potest idem esse aduocatus ambarum partium. ¶ Quid de compromissario ad eligendum vel ad laudandum an possit esse testis si agatur de illo actu super quo fuerat assumptus. Innoc.tenet ꝙ sic.de electio.cum dilectus.⁊ de arbi.non sine. Jo.andr.dicit hoc verum in defectum probationis:al's secus prout volũt

5 illa iura. ¶ † An notarius q̃ scripsit acta possit esse testis. Frã.dicit hic ꝙ sic cum non reperiatur a iure prohibitum et edictum de testibus est prohibitorium:vt not.in glo.in.c.primo.ẽ.eodẽ titu.⁊ hic ad idem.de fide instrumentorum.cum Joannes. Joã.and. ¶ Glo.super verbo fuerat querit de duabus questionibꝰ ⁊ soluit. ¶ Glo.super verbo in testem.querit de duabus questionibus ⁊ soluit. ¶ In fine glo.idem Joan.mona.⁊ Archi.qui dicunt ꝙ administrator bonorum ecclesie de contractu per ipsum celebrato potest esse testis.alleg.iij.q.ij.c.j.ver.ceterum.⁊ quod not. Bart.brix.in questione veneriali.xlvij.que incipit aliquis erat administrator. Jo.and. ¶ Quod autez dicitur hic in glo.de gestore negocij ꝙ admittitur ad testificandum intelligit barto.in.l.deferre.§.idẽ.ff.de iure fisci.q̃n ad eũ non spectat cõmodũ vel incõmodũ al's eũ non posset esse testis.C.de testi.l.omnibus. Exemplum volo probare teneri mihi ad centum produco Titium qui dicit se tibi portasse centum que sibi dedi tuo mandato.iste non est idoneus quia si tibi tradidit est liberatus a me si tibi nõ tradidit remanet obligatus mihi ẜm Joan.de san.hic. ¶ Glo.penultima querit ⁊ soluit. ¶ In fi.glo.idem Inno. Et not.ex glo.ꝙ dictum vnius testis facit presumptionez.vide glo.fi.in.c.licet.j.ẽ.eo.tit.⁊ glo.fi.in.c.preterea.eo.ti.

¶ De iureiurando. Rubrica.

1 ☞ Statutum ꝙ prelatus iuret seruare consuetudines est validum.
2 Symonia an committatur in traditione iurium spũalium.
3 Adiectiuum prolatum in neutro genere concipit femininum.
4 Differentia inter ciuitatem castrũ ⁊ terrã.
5 Rectorũ appellatiõe compꝛehendũtur etiam qui preficiũtur administrationibus laicorũ.
6 Officiales dignitatũ tꝑalium nõ ꝯfirmãtur.
7 Jus canonicum principaliter saluti animarum prouidere intendit.
8 Pape iuramẽti virtutem declarare spectat.

Contingit. ¶ Glo.prima summat.et primo ponit thema circa clericos et laycos.secunda ibi.quia vero constitutionis causam et constitutionẽ circa vtrosq3. ¶ Nota primo qꝺ due negatiue simul iuncte faciunt vnam affirmatiuam.de quo Joan.mona.ẽ.eodem libro.de constitutio.c.ij. ¶ Glo.in verbo nonunq̃.de peni.distin.ij.sunt plures.quod est verum quãdo ambe negationes referuntur ad idem.secus si ad diuersa:vt notat glo.xxij.

1 questione.j.§.j.⁊ not.docto.eodem titu.⁊ si xp̃s. ¶ † Nota valere consuetudinem vel statutum ꝙ prelatus vel nouus canoni-

2 cus iuret seruare consuetudines ⁊ statuta. ¶ † Nota argu.ꝙ in traditione iuriũ spiritualiũ nõ cõmittitur symonia si deducit̃ in pactũ inter partes ꝙ quis prestet iuramentum recipiendi obsequium etiã spũale,de quo aliquid de electiõe significasti,de pre

ben. significatum. ¶ Nota argumentū ꝙ de esse statuti nō est
ꝙ fiat in scriptis. ad hoc tex. in cle. dudū. de sepul. de hoc ꝑ Jo.
an. in. c. j. s. de renun. eo. lib. ⁊. j. in regula nemo potest. de reg. iu
3 ris aliquid. Archi. ij. q. j. in primis. in fi. ¶ † Nota ꝙ adiecti-
uum prolatum in neutro genere cōcipit etiam femininū. ad idē
tex. ⁊ Guil. in cle. j. de procu. ⁊ de hoc per Jo. an. in. c. ij. de sum.
4 trini. ⁊ fide catho. super glo. disiunctiua. ¶ † Nota differentiā
inter ciuitatem castrum et terram. de quo per Jo. an. in. c. si ciui
5 tas. j. de senten. excom. eo. lib. ¶ † Nota ꝙ appellatione recto
rum comprehenduntur etiam illi qui preficiūtur administrato-
6 ribus laicorum. ad hoc tex. j. de hereti. vt inquisitiōis. ¶ † No
ta argu. ꝙ potestates ⁊ officiales dignitatum temporaliu₃ non
confirmantur. sed administrationem habent ex sola admissione
ad talia officia. probat tex. ibi admittant. de quo aliquid ꝑ doc.
s. de iudi. c. fina. ¶ Nota argum. ꝙ iurans seruare statuta exi-
stentia in vno volumine videtur iurasse se seruaturu₃ quodlibet
statutum de per se. de quo per Archidia. xxij. q. iiij. inter cetera.
¶ Nota tria que inducunt validitatem statutorum vel consue
tudinum. videlicet quando sunt illicita: impossibilia vel ꝯtra li-
bertatem ecclesie. vide. iiij. distin. erit autem lex. ¶ Nota argu.
ꝙ licet statutum laicorum non teneat quando disponit cōtra li
bertatem ecclesiasticam. tamen videtur valere quando nō est cō
tra libertatem ecclesie. ⁊ sic argumētatiue posset induci iste tex.
ad opinionem Barto. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iur. ꝙ sta
tutum laicorum simpliciter disponens ⁊ non contra libertatem
ecclesie liget clericos. cuius contrarium communiter tenetur.
¶ Nota ꝙ iuramentū non est vinculum illaqueans quo ad ma
lum perpetrandum. concordantie sunt in glo. Et hic nota ꝙ or
dinata ad vnum finem ad alium trahi non debent. ad hoc tex. de
7 appel. ad nostram. ⁊ cle. q2 contingit. de religio. domi. ¶ † No
ta finem iuris canonici quia intēdit principaliter prouidere sa-
luti animarum. ad hoc. s. de constitu. vt animarum. ius autem ci
uile tantum quieti corporum. vide glo. in. c. cu₃ contingat. s. eo.
titulo. ¶ Nota ꝙ disponere principaliter super iuramento an
debeat prestari vel non sup aliquo actu spectat ad ecclesiā etia₃
in factis laicorum. ¶ Nota ꝙ iurans seruare aliquod prohibi
tum etiam animo ⁊ intentiōe illud seruandi non artatur ad ob-
seruantiam talis iuramenti. quem textum inducit ad questionē
An minister prouincialis ordinis minorum qui iurauit renun-
ciare in capite triennij in manibus capituli prouincialis astrin
getur tali iuramento cum ex suis constitutionibus papalibus
debeat renūciare in manibus generalis vel capituli generalis.
iste tex. facit ꝙ non. ¶ Nota ꝙ quādo actus iuratus potest re-
ferri ad permissu₃ ⁊ illicitum in dubio potius debet intelligi qd
intentio iurantis referatur ad actum licitum q̄ prohibitum
8 ¶ † Nota ꝙ ad solum papam spectat declarare virtutem ⁊ vali
ditatem iuramenti. ad hoc. s. de electio. c. venerabilem. ¶ Op
po. ꝙ iuramētum non debeat exigi in istis spiritualibus. immo
exactio symoniam inducit. vt patet. viij. q. iij. in summa. ⁊ qd no.
eadem causa ⁊ questione. artaldus. Solu. aut iuramentum exi-
gitur ante electionem ab illo qui debet eligi. ⁊ tunc symoniacu₃
est. ⁊ ita procedant contraria. ⁊ ita debet intelligi quoddam cō-
cilium romanum quod incipit cum in cunctis. vbi etiam prohi-
bebatur ne clerici iurarent consuetudines ecclesie. Aut iuramē
tum exigitur post elec. de seruandis statutis ⁊ consuetudinibus
ecclesie licitis ⁊ honestis. ⁊ tunc symoniacum non est. ⁊ ita proce
dat iste tex. ⁊ hoc innuit illud verbum prelati positu₃ hic in tex.
in principio. quod verbum innuit eos confirmatos ꝯm Archi. ⁊
Jo. an. ¶ Nota illud dictu₃ ꝙ in appellatione prelati compre
henditur electus et confirmatus. vide quod not. glo. ⁊ docto. in
capi. j. de religio. domi. de ista materia vide per glo. summe. s. al
legatam. ¶ Quero canonicus in receptione iurat seruare sta-
tuta ecclesie ⁊ in literis suis sunt clausule tollentes statuta eccle
sie. an per tale iuramentum videatur renunciare illis clausulis.
Jo. an. hic remittit ad questionem quam posuit. s. in regula in-
spicimus. j. de regu. iuris. in questione. ⁊ ibi arguit pro ⁊ contra
tamen tenet ꝙ non renunciet. ¶ Quid si in volumine statutorum
iuratorum sunt duo statuta contraria quod illorum debeat ser-
uare iurans. Solu. aut alterum ex contrarijs est illicitu₃. ⁊ tunc
planum ꝙ tenetur ad licitum ⁊ non ad illicitum. vt est text9 hic.
Aut vterq₃ est licitum quod est possibile in duobus contrarijs
vtrunq₃ esse licitum. iuxta nota. per Jo. an. in. c. fina. s. de cōsue.
⁊ tunc aut ꝯtrarietas potest aliqua distinctione iuuari. ⁊ vterq₃
compellitur seruare suo casu. argu. de testi. cum tu. s. de elec. cu₃
expediat. eo. lib. aut non potest aliqua distinctione iuuari. ⁊ tūc
aut vnum est conditum a superiore. aliud ab inferiore ⁊ seruabi-
tur conditum a superiore etiam si sit prius cōditum. vt in cle. ne
romani. s. de electio. aut ambo sunt edita pari autoritate. ⁊ tunc
seruabitur vltimum statutum q2 legum ⁊ statutorum proprium
est secundum corrigere primum. s. de consti. c. j. eo. lib. hec proce
dunt quando constaret quod ipsorum esset prius. Si qñ dubi-
taretur quod esset prius seruaretur ordo scripture. s. eo. lib. de
elec. c. pe. ⁊. j. de preb. mandato ꝯm Jo. an. hic. ⁊ istud tenet Dy.
q2 quotienscūq₃ sunt plura que inspecto ordine compositionis
habent se ordine successiuo: q2 vnum prius alterum posterius: li
cet se habeant vt concurrentia in actu cōfirmationis. nihilomi-
nus inducantur ꝯm diuersa tempora. vt prius ⁊ posterius. ff. de
testa. mili. l. si certarum. §. fina. ⁊. ff. de iure codicillorum. l. confi-
ciuntur. §. similes. ⁊ sic prius ⁊ posterius tolletur. Non obst. §.
codicilli. l. in libello. ff. de capti. ⁊. C. de re mili. l. tribuni. lib. duo
decimo. q2 dato ꝙ ibi dicatur inspici tempus confirmationis vt
valeant. tamen iudicabimus vt valeant vt prius ⁊ posteri9: vbi
simul stare non possunt. Nec obst. l. ij. C. de test. tute. cū sua glos.
vbi si in testamento prius facto sit datus vnus tutor ⁊ postea in
codicillis datur alius ambo erunt tutores cum datio ipsorū su
mat vires a morte testatoris: q2 ibi erant actus adinuicem se cō
patientes cum multi simul possint esse tutores vni9 ꝯm Andreā
zaf. de pi. in. l. gallus. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ refert hic Joā. de fan.
contra illud quod dicit hic Jo. an. ꝙ statur hic in vltimo statu-
to. facit quod ipse no. j. eo. lib. de hereti. vt officium. super gloss.
post Archi. ⁊ Jo. mo. vbi dicit ꝙ licet inter iura inserta in eodē
volumine sit diuersitas in tēpore editionis. tñ ex quo sunt simul
in eodem volumine ⁊ eodē tempore approbata nō est dare prio
ritatem vel posterioritatē. pro quo optime facit prohemiū hui9
libri ⁊ cōpilationis gregoriane. ꝯm hoc ergo si nō est dare prio-
ritatem non procedit dictum suum ꝙ vltimum valeat. ⁊ ideo pu
to dictum Jo. an. procedere quando in eode₃ volumine sunt cō
traria statuta diuerso tempore approbata. s₃ vbi sunt eodē tem-
pore approbata puto neutrū valere ⁊ iurās nō obligatur ad ob-
seruantiam alteri9 ipsorum. arg. s. de fide instru. imputari. C. e. ti
tu. scripture. vbi pt₃ ꝙ si in eodem instanti fiunt actus contrari
mutuo se impediunt pro hoc optime facit tex. j. c. fi. vbi patet q
licet positiōes fiant vel scribātur diuerso tpe si postea producā-
tur in iudicio et apparent ꝯtrarie vna derogat alteri intantū q
videt̃ periurus. ⁊ sic licet diuerso tempore fiant attendim9 tem-
pus approbationis ipius vt vna deroget alteri ad idē de appel-
la. sollicitudinem in fi. vbi pt₃ ꝙ licet vnus actus ꝯtrarius. secū
do procedat si postea facit actum ꝯtrarium primo nihilominus
vult papa scd₃ actū valere. ¶ Glo. super verbo scripta recitat ꝑ
contrariū ꝙ statuta dicantur ius scriptum. j. dist. lex est cui9 con
trarium innuit iste tex. solu. vt in glo. hec solutio non videtur bo
na quia tex. loquitur in genere neutro. vnde referendo ad cōsue
tudines illud verbum scripta ꝯm hoc esset incongrua latinitas ⁊
ideo videt̃ ꝙ non sit facienda relatio vt dicit glo. sed poterit sta
re hic ꝓprie. et sic erit hic tex. ꝙ non sit de esse legis scriptura. de
quo. s. remisi notando. ¶ Glo. super verbo vinculu₃. in fi. per iu
ra alleg. in glo. probatur ꝙ promissio in malis nō obligat. ergo
nec iuramentum adiectum ad hoc de foro compe. si diligenti. s₃
Archi. ¶ Glo. fi. querit an istud sit ius nouū an antiquū. ⁊ sol.
Deinde in materia distinguit. ¶ In fi. glo. habes ex glo. ꝙ iu-
ramentum temerarium lic₃ non sit seruandum: tamen contraue-
nientem illaqueat ad periurium largo modo sumendo ⁊ non stri
cto quod not. pro statutis facientibus mentionem de periurijs
quia non videtur ꝙ tales comprehenderētur. ¶ Sed quero an
tale periurium repellat quem a testimonio vel promotiōe. Lap.
abbas tenet hic ꝙ non si penitentiam egerit de tali delicto. alle.
qd not. glo. fi. xxij. q. iiij. diffinitio. ⁊. lxxxv. dist. florentinu₃. ⁊ qd
no. Ber. eo. ti. sicut nostris ꝯm Lap. abbatem.

1 ☞ Consensus mulieris in alienatione donatiōis propter nu
ptias requiritur.
2 Modus confirmandi contractū al's inualidū.
3 Dispositio iuris canonici ⁊ ciuilis in obseruantia iuramenti at
tenditur.
4 Juramentum licitum quis precise seruare cogitur.
5 Judex secularis de vinculo iuramenti an cognoscere possit.
6 Judex eccl'iasticus iudicē seculare₃ seruare canones in materia
peccati disponētes cōpellit.

LIcet. ¶ Glo. j. sūmat. primo ponit factū re-
prehensibile contra quod ꝓuidet. Se-
1 cundo ibi nos animarum. ¶ † Nota ꝙ in aliena
tionibus dotis vel donatiōis propter nuptias re
2 quiritur consensus mulieris. ¶ Nota modū con
firmandi contractum al's inualidum ex solo consensu videl₃ per
adiectionem iuramenti contrahentis. ad hoc. s. eo. lib. q̄uis. de
pactis. ⁊ eo. ti. cum contingat. ¶ Nota duo que habent inuali-
dare iuramentum videlicet metus ⁊ dolus similis tex. in. d. c. q̄-
3 uis. ¶ Nota ꝙ in obseruantia iuramenti attēditur dispositio
iuris canonici ⁊ ciuilis ratio hic assignatur propter peccatum.
4 ¶ † Nota ꝙ quis precise compellitur seruare iuramentum lici
tum ⁊ obligatorium. ad hoc. d. c. cum contingat. ne prelati vices
suas

5 suas querelam. ¶ † No. tex. expssum ꝙ iudex secularis potest cognoscere de vinculo iuramenti quando dubitatur an quis iurauerit vel non ad finem: vt compellatur iuramentum seruare. probat tex. ibi q̃uis eis constet legitime: ⁊ ita all'. hunc tex. ibi Jo. an. in. c. cum laycus. de fo. compe. fm Jo. an. ¶ No. ꝙ canones in materia peccati quo ad decisiones causarum debent seruari etiam in foro ciuili inter puros laycos ⁊ eodem modo in ordinatorijs litis quando ex non obseruantia induceretur peccatum: vt. j. de sen. ex. decernimus. secus si non induceretur peccatum in ordinatorijs non seruatis. ita potest intelligi glo. in cle. dispēdiosam. de iudi. ⁊ glo. in ver. ecclesiasticis. in. c. pia. j. de excep. ¶ † No. ꝙ iudex ecclesiasticus compellit iudicem seculare seruare canones disponētes in materia peccati. ad idem. d. c. decernimus. j. de sen. ex. ¶ Oppo. ꝙ iudex secularis non debeat cōpelli: quia bene facit inter laycos seruare ius ciuile. s. de app. si duobus. sol. si leges non disponant in materia peccati contra ius canonicum: tunc debent per eos seruari: vt in contrario. Si autem disponunt in materia peccati tunc debēt seruari canones etiam in foro ciuili: vt hic est ratio: quia in talibus leges canonibus condescēdunt. ad hoc. C. de sum. tri. l. fi. in auť. quomodo opor. epi. j. respōso. col. j. de man. prin. §. si vo canonicus. col. iij. vt cleri. apud pro. epi. §. si vo ecclesiastici. col. vj. de eccle. ti. j. responso. co. ix. C. de sacrosan. eccle. l. priuileg. ⁊ auť. cassa. quorum iurium mente ponderata emanauit. auť. sacramenta puberū. C. si aduer. ven. ⁊ ad hoc. s. de iudi. clerici. ij. q. iij. §. hoc autem. in fi. fm Jo. an. ¶ Oppo. ꝙ tale iuramentū non sit obligatorium. j. de reg. iur. in regu. non est obligatorium. sol. aut iuramētum est prestitum super re turpi ⁊ illicita: ⁊ tūc non obligat. vt ibi aut iuramentum est prestitum super renunciatione iuris concernētis fauorem ipsius iurantis circa rem familiarem ⁊ priuatā ipsius: ⁊ tunc obligat: vt hic fm Archi. qui no. hoc de pac. q̃uis. eo. lib. Jo. an. ¶ Quero an mulier astringatur virtute alienatiōis an vero iuramenti tantum sol. Pau. hic dicit ꝙ virtute iuramēti: ⁊ hoc probat tex. hic qui dicit seruare huiusmodi iuramētum: ⁊ sic patet ꝙ iuramētum ⁊ non alienatio astringit. ⁊ idem probat ibi q̃uis eis constet de huiusmodi iuramēto. per quod videtur ꝙ tantum iuramentum astringit ⁊ non alienatio. Ex quo infert ꝙ ista obligatio non rtansit ad heredem mulieris. de quo remittit ad no. s. de pac. q̃uis. e. li. fm eum. Posset etiam induci tex. iste in contrarium: quia dicit proprio iuramento firmantis. ⁊ sic patet ꝙ iuramētum firmat talem alienationem. Et ad tex. dum dicit hic compellať seruare ⁊ non loquitur nisi de iuramento potest responderi ꝙ mulieres erant ille que non seruabant. ⁊ sup isto papa fuit interrogatus: vt patet in prin. tex. ⁊ ideo papa tātum de illis respondit. ¶ Quero an ordinarij inferiores ab episcopis possunt compellere iudicem secularem. Sol. dic ꝙ sic: q: tex. dicit ordinarios non dyocesanos. facit quod no. glo. in cle. j. de iurep. Jo. an. ¶ Glo. iij. querit quando dicatur proprium. ⁊ sol. in fi. glo. ¶ No. istā glo. ꝙ factū dr ppriū etiam si fiat per pcuratorē ad hoc habētē speciale mādatū. ad h regula qui per alium de reg. iur. vide glo. pe. ⁊ qd ibi no. in. c. vt circa. s. de elec. ¶ Glo. fi. recita per cōtrarium ꝙ ecclesiasticus non compellat secularem cum de laycis non debet se intromittere qui filij sint legiti. lator. Glo. sol. Deinde querit de alia questione ⁊ soluit. ¶ In fi. glo. no. ꝙ vbi primum iuramētum est licitum secundum contra illud non obligat ⁊ idem quod tenet glo. hic tenet etiam Spe. de emp. ⁊ ven. §. tertio loco. ver. ⁊ non generale. Ratio autem quare iudex ecclesiasticus compellit seruare est fm Archi. quia semper vbi agitur de periculo anime vel vbi agitur de sua temporali iurisditione ⁊ vbi mandat suas sententias obseruari potest eum compellere. remittit ad no. per Inno. de offi. ord. c. j. Johannes and.

1 ☞ Positiones post iuramentū sunt fiende.
2 Tanq̃ dictio est nota pprietatis ⁊ veritatis.
3 Procuratoris delictū non nocet domino nisi habuerit speciale mandatum.
4 Procurator in causa electionis debet fundare libellum.
5 Confessio facta coram arbitro facit fidem coram ordinario.

Cum in positionibus.

Glo. j. summat. ⁊ sūt due partes. secūda ibi idem fiet. ⁊ prima loquitur de dominio. secūda de procuratore. ¶ No. ꝙ † positiones sunt faciende post iuramētum. ⁊ vide. s. de confes. eo. li. c. ij. ¶ No. arg. ꝙ ponens dicitur confiteri id quod ponit ⁊ sic facit iste tex. pro glo. mag. in fi. s. de confes. c. j. eo. lib. ¶ No. argu. ꝙ ex productis in iudicio inducitur manifestum. ad hoc. s. de ver. sig. cum olim. ¶ No. ꝙ † dictio tanq̃[a] est nota pprietatis ⁊ veritatis. vide glo. de maio. ⁊ obe. solite. ¶ No. ꝙ ex iure superuenienti pendente lite potest ferri sententia contra litigantem. de quo. j. de re iudi. abbate sane. ¶ Not. ꝙ † delictum pcuratoris non nocet domino nisi habuerit speciale mandatum. materiam vide in. c. j. vt li. non conte. ¶ No. ꝙ paria sunt agere cum mandato vel actum ratificare nomine actus ratificantis gestum ad hoc regula rati. j. de reg. iur. ¶ No. arg. ꝙ † procurator in causa electionis debet fundare libellum ⁊ alios iudiciales noīe electi ⁊ non nomine ecclesie. secus quando ageret pro iuribus ecclesie. quia debet fundare nomine ecclesie ⁊ non constituentis. Ad hoc optimus tex. de proba. licet causam. in prin. ⁊ fi. de reli. do. constitutus. circa fi. ¶ Quero an iste tex. habeat locum tātum in formante contrarios articulos sicut in formante contrarias positiones. Archydiaconus dicit ꝙ sic cum positiones ⁊ articuli equiparantur: vt no. Guil. in. c. circa in glo. patet ex hoc. s. de elec. eo. lib. Jo. an. hic distinguit ꝙ aut ille qui format articulos producit eos. ⁊ iurat articulos sicut fit in positionib' ⁊ tunc producit dictum Archi. ⁊ in hoc equiparantur positiones ⁊ articuli. s. propter vinculum iuramenti. Aut formans articulos illos non iurat: ⁊ tunc licet sint contrarij per hoc non erit periurus. ratio differentie est: quia ille qui ponit asserit sic esse: sed nō sic in articulis. immo dicit probare intendit illos. ⁊ ideo non potest si ex illis contrarijs resultaret periurium. dicit tamen ꝙ formans tales articulos contrarios repellendus est. iiij. q. iij. §. j. de app. sollicitudinem. in auť. quomodo oporteat episcopos. §. si tamen. col. j. ff. de testi. qui falso. C. si mi. maio. se dixe. l. si alterius. Jo. an. per predicta decidit aliam questionē. Actor impetrauit rescriptū ad delegatū dicens ꝙ reus qui partē debiti sibi soluerat aliā sibi soluere recusabat: reus excipit rescriptū surreptitium ex aliqua taciturnitate. ⁊ sic fuit pronunciatū. an possit se reus iuuare ex illa assertione rescripti ꝙ illam partem debiti soluerit. ⁊ dicit Jo. an. Gof. q. xiij. terminasse ꝙ sic: all'. in simili. C. de libe. prete. auť. ex causa. ⁊ de epi. aud. auť. liberti furiosi: vt patet ꝙ testamēto rupto vel impugnato fides adhibetur quo ad legata ⁊ fideicommissa. ⁊ sic rescripto per exceptionem eliso fides est adhibenda quo ad in illo contenta. sic etiam ex iuramēto in vno prestito adhibetur fides etiam in alio: vt not. s. de lite conte. c. j. eo. li. Et † confessio facta corā arbitro fidem facit coram ordinario. C. de arb. l. cum antea. ⁊ de testi. l. fi. Item presentatio rescripti ⁊ ipsius publicatio ⁊ partibus facta edictio sunt de gestis que durant etiam in iurisditione soluta. facit de testi. spo. audita. Non ob. reg. ex eo ꝙ. j. de reg. iur. quia aliud est dicere rescriptum falsum in bulla ⁊ aliud est dicere veritatem in illo suppressam vt in casu nostro. ⁊ est simile quod ibi notatur sup prima glo. de testamento. Jo. an. ⁊ pro hoc facit quod not. Jo. an. post Inno. ⁊ Host. de excep. cum venerabilis in glo. verificari videtur vltra medium fm Lap. abbatem. ¶ Quid si fiant positiones contrarie ante iuramētum an dicatur periurus. Jo. an. dicit ꝙ non per tex. hic qui dicit post secus. ergo a contrario litere si ante. ⁊ procedit siue iuramentum fuerit prestitum de calumnia siue de veritate. s. de iura. calū. c. j. in fi. ⁊ in prin. Jo. an. ¶ An ille qui negauit vnam positionem in qua plura continebantur si postea facit positionem continentem partem illius qd continebatur in negata dicatur periurus Jo. cald. in consi. ij. de confessi. dicit ꝙ non: quia cum fuerit aliud aditum in negata in ista noua ista secunda dicitur noua ⁊ non eadem. arg. xxij. q. ij. decessorum. Nam ille qui detrahit hic dicitur aliquod nouum facere. arg. cle. ne romani. de elec. Item cum prima fuerit multiplex potuit tota negari: vt no. glo. in. c. presentium. de testi. s. eo. lib. ⁊. c. ij. de confe. eo. lib. Item cum in prima continerētur plura penitus diuersa in secunda alterum tantum. illud non debet dici contrarium sed diuersum. diuersa enim non dicuntur contraria: vt est tex. de his que fi. a prela. cum apostolica. ¶ Sed quid si respondens positioni vna die dicit vnum alia die oppositum: an dicitur periurus. Archid. hic tenet ꝙ non: quia hodie potest credere vnum ⁊ cras contrarium. ff. de interro. act. de etate. §. fi. arg. de peni. dis. iij. iudas. Item possum hodie habere de aliquo bonam cōscientiam ⁊ cras malam ex aliquo superuenienti ⁊ econuerso sic. s. de simo. ex insinuatione. ⁊ in. c. vt circa. §. alioquin. s. de elec. eo. lib. ⁊ de fri. ⁊ malefi. fraternitatis. in fi. fm Archi. Jo. an. hoc dicit verum in iuramento calumnie ⁊ responsione credulitatis. sed in iuramēto de veritate non procederet ex quo assertiue non respondet ad hoc. de proba. per tuas. ¶ Quare ex sola productione positionum iste damnaretur vt periurus. sol. dic ꝙ producens positiones illas confitetur: quia iste est effectus producentis positiones: vt no. s. eo. li. de conse. c. j. in fine prime glo. Jo. an. ¶ Quid si fiant positiones contrarie diuersis temporibus an habeat locum iste tex. Jo. mo. ⁊ Archi. ꝙ sic quia ea que fiunt in iudicio sunt quasi simul coniuncta. ita vt non sit attendendus prioritatis ordo vel posterioritatis. all'. ff. de pecu. l. quidem. in contrarium all'. Jo. mo. ff. de dam. infec. si finita. §. si quis stipulatus. ⁊ idem esset si per positionē ⁊ responsionē appareret cōtrietas non per alterum tantum cum eadem sit ratio ⁊ exē

a ¶ Dictio tāq̃. adde Bar. in. l. oēs ppl'i. ff. de iu. ⁊ iur. Bal. in. l. apud antiquos. C. de fur. i. l. si pr̃ §. q̇ duos ⁊ in. §. fi. ff. d ado. Alex. ps. xxix. iiij parte. bal. ī l. j. C. de hē. instit. ⁊ ibi Alb. de rosate. ⁊ que ibidē apostillaui.

plum est in prima glo.j. Jo.an. ¶ Quid si dñs expresse mandauit vt pcur. faceret positiones ỹrias: procurator tamen illas nõ fecit an dñs sit periurus. Jo.an. ꝙ non lꝫ ipse peccauerit sic mandando. Nam hic punitur factum vcꝫ porrectio facta in iudicio: secus ergo si mandauit tantum all'.no.in.c.pe.in glo.fi.s.de ele. eo.lib.ꝛ.c.perpetuo.eo.ti.ꝛ li.ꝛ ratio quare dominus non reuocans positionem pcuratoris est periurus est: qꝛ factum alienum facit proprium per cõsensum ad idem.lxxxij.dist.per totum vsqꝫ ad.§.si autem. Jo.an. ¶ Per quem debeat imponi silẽtium isti ponenti ỹria. Lap.ab.hic dicit ꝙ per iudicem coram quo agetur causa electionis all'.notata in Spe.de teste.§.j.ver.sed nunquid iudex.ꝛ quod no.ij.q.iij.§.notanda.ij.in glo.j.ꝛ facit.j.de re iudi.abbate sane.ꝛ cle.auditor.de rescri.ꝛ qḋ ibi no.ẜm Lap. Pau.hic ponit diffinitionẽ Comp.de rescriptis mandatum dicens ꝙ aut papa procedit ꝛ tunc cum ipse sit supra ius illum puniet.ꝛ sic cedit de fideius.peruenit. Si vͦo est iudex inferior.tũc punire non potest.sed formet inquisitionem contra eum ꝛ ex prima confessione periurij illum puniet cum confessio facta in vno iudicio in alio preiudicet.de elec.per inquisitionem ẜm Pau. ¶ Glo.j.in fi.declarat que nõ. Guill'.in.c.vt circa in glo.patet ex hoc per quas glo.patent exempla. Primum Host.de abbatissa electa per compromissum duraturum vsqꝫ ad cõsummationem candele cui per iudicem facte fuerunt interrogationes ex quarum responsione concludebanẽ periurium.exempla Guiller.sunt.pono me electũ ad decem quod negasti.deinde disiunctim pono de decem vocibus quod fateris.vel pono me bone fame quod fateris sed postea ponis me periurum vel homicidã. ꝙ de hoc est publica vox ꝛ fama.ex his apparet periuriũ ex quo conuenit in tempore Jo.an. ¶ In fi.glo.ij.sed quero an hoc qḋ dicit glo.habeat locum in veniente contra fidem p̃stitam do.de Rota conclu.ccccxxij.in antiquis tenent ꝙ non: quia iura dicunt de veniente contra iuramentũ.ergo secus de veniente ꝯtra fidem prestitam cum pene sunt restringende: vt in reg.in penis. Item quia magis videtur contẽnere qui super libro prestat iuramentum corporaliter q̃ qui fidem promittit.C.si mi.ma.se dixe.l.iij.ꝛ hoc dicunt tenere rotam lꝫ Arch.teneat ỹrium in.c.j.j. de sepul.ẜm eos. Archi.xxij.q.v.iuramẽti.super glo.recitat opi. tamen ibi nihil cõcludit.credo opi.dñorum de Rota veriorem: quia lꝫ iuramẽtum ꝛ fidei prestatio equiparenẽ q̃tum ad obseruantiam non tamen contrauenien s simplici fidei prestationi in tantum delinquit sicut veniens contra iuramẽtum: vt no.glo.in c.clericus.s.de iureiu.ꝛ dicit Spe.in ti.de arbi.§.fi.ver.sed pone.si ergo minus delinquit minor pena est imponẽda cum quantitas pene debeat cõmẽsurari delicto vt pro maiori delicto grauior pena imponatur.xxiiij.q.j.non afferamus.non ob.tex.in.c. peruenit.de fideius.vbi videntur equiparari etiam quo ad penã quia ibi vt patet per tex.erat imposita copulatiue fidei p̃statio. ꝛ iuramẽtum simul.vel potest dici ꝙ lꝫ equiparenẽ quo ad penã suspẽsionis: vt vult ille tex.non tamen quo ad penam positionis que est grauior.ꝛ quod tenet glo.hic tenet Archi.qui all'.xxiiij. q.iij.ecce.ẜm Jo.an. ¶ Glo.super ver.datis inducit tex.ad solutionem questionis. In fi.glo. ¶ No.istam glo.ꝙ delictũ põt probari per instrumentũ quando delictum committitur scribendo.de quo per Jo.an.in reg.semel malus.j.de reg.iur.ꝛ dicã de hoc.j.de ver.sig.c.ij.vbi etiam glo. ¶ Glo.super ver.piuro querit quare isti periuri repellunẽ.ꝛ glo.sol. ¶ In fi.glo. No.istam glo.ꝙ periurus est infamis idem glo.eo.ti.querelam de hoc per Arch.xv.q.vj.autoritatẽ.tex.ꝛ doc.de testi.testimoniũ. ¶ Glo. super ver.iusta causa querit de exemplo ꝛ dupliciter exemplificat. Deinde querit de alia questione.ꝛ sol. ¶ In fi.glo. Not.ex ista glo.ꝙ cõfessio facta in iudicio potest statim reuocari absqꝫ probatione erroris: qñ nondum est descripta in actis.ꝛ idem tenet Host.de diuor.ex literis.vt ibi no. Jo.an.ꝛ idem tenet Archi.ꝛ Jo.mo.qui remittit ad no.de app.cum causam.in ver.glo. ꝛ facit quod no.de ele.scriptum.in.j.glo. In eo autem qḋ glo.dicit istum excusatum si probat se errasse.hoc non est de facili probabile in confessione deliberata.de quo vide no.de diuor.ex literis.in glo.ij.ꝛ in.c.vt nostrum: vt eccle.bene.in glo.cum persone Item in eo qḋ dicit glo.istum excusari si ignorantia est tolerabilis idem erit etiam si sit excusabilis ẜm Archid.qui ponit exemplum quando est electus de aliena ecclesia contra quem oppo. cuius vita potest probabiliter ignorari ꝛ similiter ipse põt probabiliter ignorare numerum canonicoꝝ ecclesie ꝛ his similia ad hoc.ff.de interr.act.l.de etate.§.fi.ꝛ.ff.de col.bo.l.nonnunq̃.ad idem.ij.q.iij.paulum.ꝛ.s.eo.li.de elec.c.j.in fi.in auẽ.de excu.et his qui conueniunẽ in prin.col.vij. Jo.an. ¶ Glo.super ver.debebit in prin.querit an aduersarius confirmetur propter istius periurium. Deinde colligit notabi.ꝛ all'.similia. In fi.glo.idem Jo.mo.ꝛ Archidi.ꝛ est ratio: quia res deuenit ad eum casum a quo non poterat habere principium ante sui complexionem.

ff.ad.l.aquili.quia in cum.vnde sicut agendo prosequitur quis ius agendi non recte incohatum ex noua causa superueniente. s.de re iudi.abbate sic agẽdo perdit ius recte incohatum: vt hic ẜm Jo.mo. Jo.an. ¶ Glo.in ver.expresse querit de vna.q.ꝛ sol. ¶ In fi.glo.no.glo.ꝙ delictum procuratoris etiam post litem contest.commissum in iudicio non nocet domino nisi in casibus hic expressis quãdoqꝫ secus est in ꝯtumacia: vt.s.de confes.c.ij. ꝛ ideo vtilius est aduersario ꝙ dominus respondeat positionibus per se q̃ per procuratorẽ. Tractat hic Pau.an vbi ius iubet aliquem proprio iuramẽto iurare possit iurare per procuratorem: ꝛ dicit ꝙ iste tex.facit ꝙ sic quod patet qꝛ ex iuramento prestito per procuratorem dominus efficitur periurus.de quo dixi in.c.vt circa.s.de electio.eo.lib.

¶ De exceptionibus. Rubrica.

1 ☞ Ecclesia dicitur mater fidelium.
2 Excommunicatio minor ꝛ maior est dabilis.
3 Exceptio excõmunicationis in vim peremptorie opponi non potest.
4 Excommunicatus quare repellitur ab agendo.
5 Statutum vbi trahitur ad malum an sit reuocandum.
6 Iudex obuiare debet ne partes fatigentur expensis.

Ia consideratione.

tradidi sed post traditionem veni contra. vtrum incidam in pe-
nam compromissi. dicit Bar. ꝙ non quia vendendo ⁊ tradendo
sum plene liberatus a laudo ⁊ est casus in. l. in munerationibꝯ.
ff. de sol. ⁊. l. seruus si heredi. ff. de sta. libe. ⁊ quod no. in. l. j. C. de
pac. in fi. gl. mag. Non ob. ff. de ꝯhen. emp. l. fundi partem. quia
ibi fuerunt verba tractum temporis importantia non mōmetū
pur conductum habet. Non ob. l. inter castellianum. ff. de arbi.
quia arbiter ibi diuisit ⁊ voluit rem sic esse ⁊ manere diuisam: vn
de considerauit factum successiue. non ob. ff. de act. em. l. si heres
qꝛ ibi loquitur in quibusdam accessorijs pro quibus potest agi-
⁊ vide quod no. Guil. de cug. in. l. sed si possessori. ff. de iureiur.
Posui hanc. q. pro eo. quod dixi. s. ꝙ sufficiat impleuisse semel
habet enim locum in dispositionibus que momento implentur
non in illis que habent tractum successiuum in quibus req̇ritur
perseuerantia. ¶ Quarto no. ꝙ per istam formam non obstan-
te ꝙ vnum beneficiū habeas ꝙ possis aliud obtinere non intel-
ligitur dispensatum. vt primum retineat cum secundo. sed talis
expressio excludit vitium surreptionis. Ponit Archydia. exem
plum in habente duas ecclesias curatas: vt si papa conferat sibi
tertiam cum dicta clausula non obstante ꝙ duas habeat non in
telligitur dispēsare in illis duabus si eas illicite detinebat. Du
bium facit quia dictio non ob. videt̃ nouam dispositionē indu-
cere in exꝑ̄ssis in ipsa. Nam in simili si testator dicit lego vxori
ꝑ̄ter dotē. c. videt̃ legare dotē: vt. l. seya. §. vxori. de an. le. idem si
dicat lego supra dotē centū: qꝛ verbū supra includit dotem sicut
verbum amplius: vt. ff. sol. ma. l. diuortio. §. iter si locatio. ⁊. ff. de
do. prele. l. seya. Idem si dicit centum vltra dotem vt. l. si vltra. C.
de fideius. ⁊ hoc no. Bar. ff. de do. preleg. in. l. cum ita. Ista ergo
clausula

clausula non ob. videtur super obtentis nouam dispositionem ⁊ sic dispensationē inducere: quia ita est repetitiua precedentiū sicut alie dictiones de q̇bus. s. Sol. hic facit odium dispēsationis super pluralitate vt clausule literarū ad beneficia nō importent istum effectū si possunt aliū operari: vt sic litere tales veluti odiose restringant quantū possunt. s. eo. cū in illis. ⁊ c. ꝙuis. et c. is cui. ita etiam clausule earūdem restringēde sunt potius q̄ laxande. vnde si papa concedit ꝙ possim aliquod beneficiū obtinere preter obtenta nō intelligit in obtentis dispēsatio: vt no. Inno. in c. dudum. de elec. Si autem diceret ꝙ cum obtētis possim tertiū obtinere videt super oibus dispensare fm Jo. an. qui alleg. ff. de leg. iij. l. sic. et l. si pater filiū. §. fi. eo. tit. Lap. dicit hoc verum si exprimat ꝙ prima duo minus iuste cōsecutus fuerit: al's nō valeret dispēsatio. de tenendo duo illa cū tertio beneficio: nec etiā quo ad tertiū habendū cū ꝓpter duplicitatē duorum curatoꝝ esset etiā inhabilis ad habendū tertium. s. de elec. dudum. el. ij. facit cle. j. eo. ti. ⁊ de offi. ordi. c. iij. §. fi. s. eo. lib. de primis enim beneficijs non fit mētio vt in eis nouus titulus cōferatur sed vt per collationē vltimi nō perdatur: ⁊ sic verba prolata ad retinendū non operant ad inducendū: vt l. iij. ff. de acq̇. posses. ¶ Querit glo. iiij. si cum habente ecclesiā curatā dispensatur vt possit recipe aliud beneficiū etiam personatū similem curam nō habens: queritur an si cōferatur archidiaconatus poterit illū retinere. Arguit ꝙ sic: ⁊ cōcluditur ꝯriū. ⁊ not. ipsam pro intellectu huius verbi. simile in nouel. dicit ꝙ similitudo est reꝝ vel singulariū differētiū cōparatio. vñ in illa nō req̇rit ꝙ tota res sit tote rei similis sed in eo ad quod cōfert. de confir. vti. vel inuti. cum dilecte. ⁊ quod ibi in nouel. ⁊ qui filij sint legi. per venerabilē. post prin. de admi. tu. l. si pupillus alterū. §. fi. ⁊ qđ no. Jo. an. de iudi. causam q̄. el. ij. ⁊ de consti. trāslato. super vltima glo. facit. l. quod nerua. ff. depositi. ¶ Ultimo no. q. alterius glo. magne ꝙ defectus cōditionis tacite subintellecte in rescripto gratioso non vitiat literas: nec alterat officiū vel naturam dispositionis. exēpla vide. s. de elec. licet canon. etiā si in nouel. ⁊ quod dixi post glo. j. de offi. deleg. cle. j. facit. s. eo. lib. de offi. ordi. c. ordinarij. §. prouideat. ar. cōtra. s. de transla. c. fi. ibi: dū tamen nihil ⁊c. sed illa determinatio erat de preterito: vel debebat precedere actum fiendū. ⁊ vide concor. ad hoc. s. de auto. et vsu pal. c. ex tuarum. super verbo dummodo.

☞ Legatus cum decreto decernere potest.
Confirmatio pape quam facit de dispositione ab alio celebrata denoiatur ab ipso confirmante.
Confirmationē gratie legati impetrans an teneat facere mentionem de prioribus beneficijs.
Confirmatio ius nouum dare non dicitur.

Si apostolice. Primo ponit factū continens gratiā legati ⁊ approbationē papalē. secūda ibi: certum est. soluit dubium: surgens ex facto rationē interserens: ⁊ dubiū fortificans. tertia, ibi: cum ipsa fortificatio ibi etiaꝫ. ¶ No. ꝙ hic legatus reseruauit canonicatū ⁊ prebendā proxime vacaturos cuꝫ decreto. Quādoq̄ mandat statim recipi in canonicatū ⁊ prebēdam ꝓxime vacaturā reseruat. ⁊ de hac forma dixi. s. eo. si eñ in primo notabili dic vt ibi. ¶ † Scđo no. cōtra opi. modernoꝝ: q: legat⁹ potest decernere cum decreto. de quo per glo. not. cōtra. ⁊ per Hosti. in summa. de offi. lega. §. quid pertinet. ver. irritat. ⁊ in spec. ti. ij. §. nec ostendendū. ver. xxxviij. Sed dubium vtrū tale decretū legati ignorantes liget. Inno. ⁊ Hosti. ꝙ sic. Archi. ⁊ Cōpo. ꝙ nō. dixi. s. eo. si bñficia. in. vij. notabili. ⁊ hic in nouel. vbi tm̄ opi. predictoꝝ refert. ⁊ subdit ꝙ hodie legati in suis literis reseruationū apponūt illa verba sciētes vel ignorātes sicut ⁊ papa. ¶ Tertio no. ꝙ illud qđ est debitū vno iure ⁊ ex vna dispositione pōt deberi ex alia ex nouo titulo superueniēti non aūt ex vtroq̄: vt c. vt quis duas. s. eo. li. de elec. Ratio q: due cause lucratiue nō possunt cōcurrere in eadem re etiā ex dispositionibus diuersoꝝ: vt l. meuius. de leg. ij. ⁊ l. non quocūq̄. de leg. j. Sed clerici in beneficijs dicunt habere titulum lucratiuū. s. eo significatū. facit. l. iij. §. ex plurimis. de acq̇. posses. ff. ideo aūt hic titulus iste superueniens a papa vincit et extinguit titulū legati q: est fortior ⁊ maioris potentie: vt c. hi qui. s. eo. vnde dicit lex vbi aliqua differētia obligationū potest cōstitui vna alterā perimit cū vo due sunt eiusdē potestatis nō potest reperiri cui altera poti⁹ q̄ altera cōsumat: vt l. generaliter. C. de fideius. titulus ergo debilior extinguit adueniēte potentiori: vt ibi. facit. l. si creditori. ff. de leg. j. ⁊ l. iij. §. qui fideicōmissariū. de here. insti. ¶ † Quarto no. ꝙ cōfirmatio pape quā facit de dispositione ab alio celebrata denoiatur ab ipso cōfirmante nō ab eo qui actū gessit. ⁊ hoc verū qñ hoc exprimit vt autoritate sua actus sortiat effectū: vt hoc factū fuit. nam vt dicit lex oia nostra facimus q̇bus nostra impartitur autoritas. C. de vete. iur. enucle. l. j. §. sed neq̄. ver. omnia. Sic ⁊ tutor datus in testamento ⁊ a iudice cōfirmatus datiuus est nō testamentari⁹ lꝫ datū in testamēto patris sine inq̇sitione ⁊ satisdatione iudex habeat cōfirmare. C. de confir. tu. l. ij. ⁊ in aut. de defenso. ciui. §. sed interim. ista sunt similia que alleg. Jo. and. sed nō faciūt ad ꝓpositum. c. in quo gratia legati erat efficax de se ⁊ valida. quo casu ille qui cōfirmat qđ de se est validū nō videt dare de nouo nec cōferre nouū titulū vel antiquū validiorē facere q̄ sit: vt c. inter dilectos. s. de fide instru. et c. q: diuersitatē. de cōces. pbē. in d. aut. l. j. §. sed neq̄. ⁊ l. ij. §. sed interim prealle gatis act⁹ celebratus erat inutilis nullū effectū ꝓducens sine cōfirmatione: ideo qui ꝯfirmat dat: vt in l. adoptio nō videt facta. ff. de adop. ⁊ q: iura in hoc variant vtrū qui cōfirmat videat dare. Jac. de bel. Jac. but. ⁊ alij vario modo loquunt in. l. et q: ff. de iur. om. iudi. vbi Bar. clarius sic distinguit ꝙ interdum quis cōfirmat qđ nullū est ⁊ videt dare: vt d. l. adoptio. ⁊ l. legata inutiliter. de leg. j. Qñq̄ q̇s cōfirmat id qđ nuper est factū nō nullū: vt qñ superior cōfirmat electionē tunc cōfirmans nō videt dare sed imperfectū perficere: vt d. §. sed interim. simile cū ptor interponit emācipationi vel alienationi autoritatē vel simile. nō eñ videt facere sed impfectū ꝯfirmare. Hinc est ꝙ electi ꝯsequunt titulū ex electione nō ex cōfirmatione: q: ꝯfirmatio nō cōfirmat inualidū sed imperfectū: vt alibi no. Qñq̄ q̇s ꝯfirmat actū perfectū ⁊ validū: ⁊ tunc aut ille actus nō erat in sua libertate: q: eū non poterat tollere: ⁊ tunc nō videt dare: vt l. vnū ex familia. §. fi. de leg. ij. aut erat in sua libera potestate: ⁊ tūc aut ꝯfirmat de nouo volens inducere. ⁊ videt primū reuocare ⁊ de nouo inducere: vt l. poscim⁹. §. fi. de iniusto testa. ⁊ l. querebat. de testō mili. Aut noluit de nouo inducere sed ꝯfirmare prout est. ⁊ tunc q̇ confirmat nō dat: vt s. de confir. vti. vel inuti. c. pe. ⁊ fi. Ita distinguit ibi. Ex cuius distinctione ad c. apl'ica ptꝫ ꝙ ex eo ꝙ erat in libera potestate pape reuocare gratiā legati nondū adimpletam potuit ipsam suā facere cōfirmādo ⁊ autoritatē impartiēdo. In dubio si hoc nō exprimit sed solū cōfirmat ⁊ exequi mādat dicit ibi Jac. de bel. ꝙ in dubio q̇ ꝯfirmat nō dat sed datū approbat vt d. c. inter dilectos. §. ceterū. vt c. cū inter vos. de re iudi. In casu ergo hui⁹. c. nō sola ꝯfirmatio grām legati alterauit ⁊ apostolicā fecit: sed verbū autoritate nostra. ex quo verbo expresso patet ꝙ grām alteri⁹ facit suā: vt s. de rescrip. cū aliq̇bus. in fi. sentit tū hic Jo. an. ꝙ sola ꝯfirmatio pape operet istā alterationem ⁊ trāsfusionē dū dicit ꝙ ex quo papa cōfirmat reseruationem ⁊ decretū legati etiā sine datione executoris affecta sit prebenda. s. c. pxi. ⁊ s. de rescrip. tibi qui. ⁊ de cōces. pben. c. si soli. ⁊ s. de ꝯces. pben. c. cōstitutus. super glo. j. sed Jo. an. loq̇tur in questione quā format ꝙ datio executoris de qua in tex. nō fuerit de substātia. ⁊ solum verbū cōfirmamus in dubio nō alterat: nec immutat naturā dispositionis vt dixi. ⁊ credo verū. faciunt predicta ad ea que dixi de sentētia cōfirmata per iudicē appellationis an ex ea vel ex prima oriatur actio in factū ⁊ ius executiuum. ⁊ cōiter tenetur ꝙ ex sentētia iudicis appellationis nō ex prima: vt dixi in c. romana. s. de appel. eo. li. ⁊ ibi in nouel. in fi. Sed dices per predicta videt ꝙ ex prima que apparet firma ⁊ valida: ergo qui eam cōfirmat nō videt de nouo dare per iam dicta. Solutio renouat: q: per appellationē erat extincta: vt l. j. in fine ad turpil. Sumit igit vigorē ex prima cōfirmatione: ergo ex ipsa snīa cōfirmata oritur actio: vt l. si q̇s priore. ad treb. Glo. que incipit non in forma querit de vna. q. vt in ea patet. et Archi. tenet opi. glo. dicit enim ꝙ si pape decretū obtinet in facto legati qui vnū ius dare potest in beneficio anteq̄ vacet fortius in facto capituli qđ potest dare ius canonicatus. Jo. mo. tenet ꝙ secūdus prefert. Nam primo habet formā iustitie que cōsueuit trāsire sine solēnitate. Executor enim deputat⁹ pro primo qui in forma iustitie impetrauit hꝫ potestatē reseruādi: decernendi ⁊ inhibēdi in exequēdo nō dādo. Non eñ videt papa liberaliter tali dare. Sed erga ipsum debitū iustitie exequi: et sic nō dicitur de nouo facere in c. nouit. de appel. ⁊ c. literis. de rescrip. facit. l. si seruo. de here. insti. ⁊ l. vnū ex familia. de leg. ij. Sed obst. huic opinioni. c. cū aliq̇bus. in fi. s. eo. lib. de rescrip. Sed si litera est gratiosa hic mixta. Nam in ea narrat capituli gratiosa receptio. Secūdo in literis pape iustitie exhibitio. ne inane nomen ⁊c. Tertia apostolica ꝓuisio erga ipsum que plus respicit iustitiā q̄ gratiā. Jo. an. dicit ꝙ ista opinio Jo. mona. procederet vbi papa sine ꝯfirmatione iudicem simplr dedisset: sed in q. glo. papa etiā receptionē capituli cōfirmauit ⁊ mandauit executoribus ꝙ autoritate apostolica prebendā ⁊c. et sic satis constat de eius intentione ꝙ voluerit autoritate apostolica hunc dici receptum. nam cōfirmatio ⁊ executoris datio cū predicta clausula multū adijcit iuri sibi competēti ex receptione capituli. Regulare est autem ꝙ in istis mādatis dum aliquid vltra ius cōmune additur vel detrahitur ex hoc suscipiūt nouam

formam:sicut cum mandatur ordinario qd facere tenetur.alia tamen forma. Nam ex hoc eius iurisditio alterat:vt in.c.licet.z quod ibi no.de offi.ordi.z per hoc credo qd sane senserit in hoc Jo.an.facit qd no.s.eo.hi qui autoritate. ¶ †Secũdo querit glo.penul.vtrũ ille qui impetrat confirmationẽ gratie legati in forma de qua in isto.c.teneatur facere mentionẽ de priorib⁹ beneficijs.tenet q sic vt in ea ptz.idem Archi.lz prius teneret cõtrarium rationib⁹ infrascriptis:qz in impetrationib⁹ z dispensationibus expressum est debere fieri mentionẽ nõ in cõfirmationibus.casus ergo omissus zc. c.susceptũ. de rescrip. †Item quia cõfirmatio non dat ius nouũ:sed primũ corroborat. s.de fide instru.inter. Item trahit originem a receptione z sic cessat ambitio:qz ius suum psequitur. Sicut licet petere cõfirmationem electionis electo. Sic ergo z recepto s.de elec.dudum.el.ij. Item cõfirmans nõ donat.ff.de iurisdi.om.iu.et qz. Sed ista z similia tollunt per id qd glo.dicit sm Jo.an.in no.

1 ☞ Legatus nõ potest beneficiare beneficiatũ nõ facta mentione de beneficio quod habebat.

2 Gratia pape facta motu proprio censetur surreptitia.

3 Surreptio impetrantis pro se sicut reddit impetrationẽ nullã ita surreptio impetrantis pro alio.

Si motu proprio. Distinguit duo mẽbra.secundũ ibi:secus demũ. primũ determinat ibi motũ. ¶ No. primo q tex.loqtur de collatione quã facit papa motu proprio. Quid de gratia siue collatione legati an eius pprius motus operet illud qd dicit hic in tex. Jo.an.remittit ad nota. per eum.s.de offi.leg. c.fi. Archi.hic tenet locũ habere qd hic dicitur in papa tm̃ nõ in alio ordinario per preallegatũ decre. Idem hic Lapus. †Ratio est sm eum qz legatus nõ potest beneficiare beneficiatũ nõ facta mẽtione de bñficio qd habebat:vt.d.c.fi.et.c. si apostolice.de offi.ordi.in cle.licz enim nõ possit notari surreptio ex parte illius cui legatus pprio motu cõfert. est tm̃ surreptio ex parte legati:si sciebat vel scire poterat beneficiatũ illũ.secus si scire nõ poterat:qz tunc valebit collatio:nec poterit surreptitia dici ad hoc.s.eo.lib. de rescriptis. gratia. ¶ †Secũdo no.q gratia pape facta motu pprio nõ censetur surreptitia ex hoc tm̃ q in ea nõ fuerit facta mẽtio alterius beneficij qd habebat is cui sic papa puidit.z aduerte qz gratia cẽsetur non solũ surreptitia ex taciturnitate alterius beneficij qd habebat impetrãs sed etiã ex alijs.pur.si tacuerit numerũ statutum in ecclesia:vt.s.de rescrip.cõstitutus.vel pro alio fuerit scriptũ.c.in literis.et.c.mandatũ.vel est surreptitia siue inualida:qz tacuit defectũ persone ipsius impetrãtis pur natalium. defectum etatis corporis vitiati.bigamie z similes.vtrum ergo proprius motus pape firmet gratiã cõtra istos defectus vt ex eis nõ possit censeri surreptitia sicut firmat ipsam cõtra taciturnitatẽ alterius beneficij.prout dicit hoc.c. Ad hoc respõdet notabiliter Jo.an.q lz isti defect⁹ per viã surreptionis opponi nõ possit ppter expressionẽ pprij motus.opponit tm̃ per viã iuris cõmunis cũ pprius mot⁹ taliũ dispẽsationẽ nõ inducat.ad hoc c.eam te.de eta.z qualita.vbi dicit tales nõ recipiẽdos per literas apostolicas nõ distinguẽdo:an fuerant vel nõ pprio motu date:lz ergo pprius motus excludat surreptionẽ.opponi tamẽ poterit grauatos nõ teneri:qz papa non intẽdebat ex quo non expssit infringere numerũ vel grauare ecclesiã pro alio vel dispẽsare in pdictis defectibus.sit ergo cautus aduocatus in modo opponẽdi. Nam lz motus pprius tollat vnũ defectũ irritationis literarũ qui est taciturnitatis:non tm̃ tollit alios supradictos:z sufficit ad nullitatẽ dispositionis vnũ ex plurib⁹ defectibus remanere:vt.l.si nõ lex.ff.de here. insti.z.l.si dom⁹.de serui. vrba.predio. ¶ †Tertio no.q sicut surreptio impetrãtis pro se reddit impetrationẽ nullã:ita surreptio impetrãtis pro alio:z sic inficit impetrationẽ dolus tertij.sicut pprius. circa qd vide Cy.de excõicato impetrãte noĩe alieno:vt legit z not.in.c.j. s.eo.lib.de rescrip.z qd dixi in.c.gratia.eo.ti.z vide etiã.l.iij.in prin.ff.qd quisqz iur.z ibi ista distinctio an scz ad petitionẽ alterius vel nullius aliqd concedat. ¶ Quarto no.q si taciturnitas etiã modici beneficij impetrãtis reddit gratiã surreptitiã z sic de modicis est curandũ:qñqz secus.qd dic vt legit z notat s.de rescrip.si proponente.z aduerte qz tex.loqtur de beneficio obtento z sic de iure qd impetrãs habet in re. sed numqd similiter de iure qd habet ad rem teneat impetrãs facere mentionẽ. dicunt qdam q non:sed sufficit si renũciat illi iuri. Primum vt hic refert.disputauit Jo.an:vt ipse no.in regula ignorãtia.j.eo.l.j. de reg.iur.z quid iuris si impetrãs vult renũciare beneficio qd tacuit in impetratione:an ex hoc eius gratia cõualescat.dic vt not.per eũ de rescrip.postulasti.dicit enim Lap. hic q litere nõ cõualescũt per talẽ renũciationẽ. Tangit etiã remissiue Jo.an. de habente prestimoniũ vel possessionẽ ab ecclesia quam tacuit in impetratione:an ex hoc impetratio reddatur surreptitia remittit ad no.per eum in.d.c.postulasti. Lap.hic post Gof.dicit q de istis non tenetur impetrans facere mentionẽ si habet ipsa in stipendiũ.z vt laicus:sec⁹ si vt in titulũ z beneficiũ. ¶ Quinto no.in.§.motu.quando dicat gratia facta motu pprio. Nam tunc dicitur quando exprimitur in eadem. Sola ergo scientia principis non expresso in literis motu proprio nõ excludit vitium surreptionis. Alibi tamen videt lex velle q idem operet scientia principis scribentis qd operatur clausula non ob.vt.l. idem scribit.§.fi de excu.tut.z.l.qdam consulebat.ff.de re iudi. et circa hoc no.qd dicit tex.expresse cautum in eadez zc.per hoc enim dicit glo.fi.qd motus pprius apparere debet ex serie literarum:nec potest pbari extrinsecus.ex quo collige q quis gratia pape possit pbari per testes:etiam si nondũ sit redacta in solita literarũ forma nec bullata:vt no. Archi.s.eo. in prohemio. in fine tamen pprius motus non probatur nisi per literas apostolicas. Ex quo etiam collige q vbi per scripturã inducit aliquis effectus ad talem effectũ cõsequendũ de necessitate requiritur scriptura:nec sufficit aliter fieri fidem.secus autem si scriptura sit de forma actus super quo requiritur:qz tunc forma et actus probant per testes:vt no.s.eo.lib.de elec.vt circa. in glo super verbo literis.z de appel.cordi. in glo.istud z idez est vbicunqz requiritur scriptura ad faciliorẽ pbationez. Sicut est in actis que fiunt corã iudice.s.de proba.qm̃ contra. Bene enim tunc pbari possunt aliter q per scripturã:vt ibi no. Inno.z no s.eo.li.de sen.z re iudi.c.fi.z quod no. Pau.in cle.vt constitutionẽ.§.insuper.de elec. Casus autem in quib⁹ scriptura est de substãtia enumerat.glo.in.c.j.de censi. j.eo.li. Quid dices econuerso ad testes papa expressit in literis q motu proprio aduersarius vult probare q ad impetrãtis vel alterius instantiã hoc fecit:an debet audiri:dicit in nouel.q non per rationẽ glo.fi.et etiam qz id esset arguere papam de mendacio.qd non licet.ad quod vide no.in cle.j.de proba.in glo.antepe. ¶ Querit Lap. aliquis vltra numerũ est receptus per literas pape sub expectatione prebẽde quam duxerit acceptandã:vacat prebenda quam acceptat:ipsam tamen prebendã z canonicatũ antequã decederet qui illos obtinebat papa reseruauerat cũ decreto:ille acceptãs sciẽs postea de pdicta reseruatione impetrauit a papa de nouo suggerens qualiter acceptauerat canonicatũ z prebendã:predictos antea reseruatos cum tamen non canonicatũ sed prebẽdam acceptauerat vt predixi.querit an dicta impetratio z collatio valeat:videtur q sic per no.per Ber.s.eo.dilectus.eo.li. in glo.ar.q sententia illi z isti intelligunt zc.vsqz ibi:non enim in contrariũ facit hoc.c.et.s.eo.titu.et lib.dudum.z quod ibi in glo.scz per potestatẽ.z hoc in glo.indistincte.z per Inno.s.de rescrip.super literis.in glo.scz veritate. Scribitur per Jo.an. et pro hac parte cõsuluit ipse Lap.et quidam alij.z ita dicit sentire curiales.

1 ☞ Minus quod est in obligatione generis debetur.

2 Collator eligere debet prebendã debitam impetranti.

Si pluribus. Ponit thema ex quo dubium oritur qd distinguendo soluit ibi gratiã.z secũdũ membrũ psequitur ibi si vo.z in vtroqz rationẽ reddit z subdistinguit.et in membris subdistinctis negligentiã punit. ¶ No.cuius est electio cum cõfertur beneficiũ in genere z plura beneficia simul vacant. Nam si facta fuerit collatio motu proprio erit electio creditoris.i.illius pro quo motu pprio scribit. Ratio est:qz principis beneficiũ debet late interpretari.C.de bo.vacan. li.x. l.ij. z in aut.de non alie.§.si minus.col.ij.sed oppones immo videt q stricte:qz ista gratia tendit in preiudiciũ tertij scilz ordinarij collatoris qui grauatur ex collatione pape:vt.s.de rescrip.mãdatum.et.c.literis.beneficiũ ergo principis debet stricte interpretari:vt no. Inno in.c.cũ dilectus.de dona. Cum ergo dicta gratia ledat ius ordinarij quantum minus potest:dicamus q ipsius semper debeat esse electio z semper minoris valoris beneficium debeatur cuius cõtrariũ dicitur in hac prima parte. Sol.dico q papa beneficia cõferendo nõ dicitur cõferre aliena beneficia:sed ppria z ius suum.habet enim potestatẽ liberam super oẽs in beneficijs:vt.s.eo.c.ij.hinc est q recepti eius autoritate sunt alijs preferẽdi.s.eo.hi qui.et.c.si a sede.hoc igit respectu scz iurisditionis pape in beneficijs eius gratia proprio motu facta est latissime interpretãda tanq facta de re proprie cõcedẽtis. ¶ Secũdo no.an vigore gratie facte motu pprio de prebẽda in genere debeat illã que est maioris valoris.z intelligit Jo.an.maioritatẽ valoris per respectũ ad redditus nõ estimationis rerũ ex qbus puenĩũt:vt si turrim haberet magne estimationis z paucorũ redditũ. idem verbum in.c.cũ causam. de testi.in glo.ij. vbi de hoc.z de iureiur.quãto.in pn. Ad hoc ego allego.l.qui bonis.ff.de ces.bo.vbi in exigendo aliquẽ quater

facere

facere potest inspicitur ꝙtum ex ipsius patrimonij fructib⁹ potest redigi non ꝙtum ex venditione rerū redigeret: ⁊ in beneficijs ecclesiasticis necessario talis estimatio referēda est ad redditus. Tum q: clericis quibus ꝯferūtur redditus solū debent: vt.c.p̄sent.de offi.ordi.cū ibi no.tum q: res ipse alienari prohibentur.frustra igitur fieret estimatio si clerico remaneret possessio magni precij ⁊ nullius redditus vt sunt gemme ⁊ lapides preciosi.ex talibus enim clerici pascerent oculos sed nō ventrē. ¶ † Tertio no.ꝙ in obligatione generis qđ minus est debet: vt in.§.si vo.concor.c.in obscuris.de regu.iur.⁊.l.post iulianū.§.scio.de leg.j.⁊.l.nūmis.de leg.iij. Ista enim materia cuius fit electio in obligatione generis.dic vt plene legit ⁊ notat in.l.legato generaliter.de leg.ij.⁊ in obligatione alternatiua dic in.l.lucio.de leg.ij.⁊ vide qđ dixi in.c.gratia.s.eo.lib.de rescrip.vbi post glo.dixi an qui semel elegit possit postea variare.de quo in c.ij.eo.lib.⁊ titu. ¶ Quarto no.ꝙ qui hʒ ius eligēdi dʒ eligere infra.x.dies post notitiā: ⁊ simile in tēpore prefixo ad appellandum qui est.x.dierū a die sciētie: vt in aut.hodie.C.de senten.et l.ab eo.C.qūo ⁊ qū iud.⁊ intellige hunc habere notitiā vacationis cum sibi fuerit patefacta per executores: vel impetrās ipse ostēdit literas: aliter credere nō tenet.s.de offi.dele.cuʒ plures in iure.⁊ qđ no.Compo.in.c.cōstitutus.de rescrip.in glo.mag.post princi.§.vnā causam.ver.alijs.vide etiā qđ de ista notitia habet in simi.de cōces.preb.cle.j.in glo.pe. ¶ † Quinto no.in ver.seu si sit ⁊c.ꝙ collator debet eligere prebendā debitā impetrāti.⁊ pōderat Jo.an.ꝙ dicit elegerit ⁊ nō dicit cōtulerit: liʒ enim hoc casu ordinarius eligat: executor tū illā cōfert fm Archidia.sed in hoc casu nō est necessaria collatio alicuius cū papa illā cōtulerit: vt ptʒ in prin.c.ibi cōferamus: ⁊ sic statim collatione facta per collatorē impetrans hʒ titulū: qui forte retrotrahitur ad tempus vacationis: ⁊ nō ex tempore electionis qđ est vtile scire ꝑpter fructus perceptos medio tēpore inter vacationē ⁊ electionē. Si forte debebant alteri fructus percepti vacationis tēpore.c.si ꝑpter.s.de rescrip.eo.lib. Talis eīm subsequens electio retro fingit fuisse debitū a tempore tituli collati per papā.arg.optimū de leg.ij.l.vnū ex familia.§.si de falcidia.facit.l.si tibi homo.de leg.j.§.cū seruus. ¶ Sexto ⁊ vltimo no.in ver.alterutro.ꝙ lapso termino iuris ad eligendū prefixo deuoluitur electio de vno in aliū.cōcor.de leg.ij.l.statu liberū.§.stichū.⁊ qđ no.de rescrip.ceterū.in glo.ij.⁊ loqtur tex.cū prefigitur terminus ad eligendū a iure. Si vo sine termino cōpetat ius eligēdi: est terminus prefigēdus a iudice: vt.l.mancipioꝝ.de op.le.⁊ loqtur tex.in electione rerū.in electione vo personarū cum datur mihi electio ꝯferendi vni ex duobus quē elegero: si sim in mora quid iuris.vide in.l.cū qdaʒ.de le.ij. ¶ Quero post Jo.an.c.loqtur cum cōfertur vni vel plurib⁹ motu proprio vel ad petitionē alterius fiat collatio ⁊ vacent plura prout hic dicit.si dicam⁹ ꝙ tunc primo impetrāti debeat minoris valoris: vt dicit in.§.si vo.ergo secūdo impetrāti debebit sequēs qđ erit maioris valoris.qđ erit absurdū: vt magis sit fauendū secūdo ꝙ p̄mo cōtra.c.eū cui.s.eo.⁊ pro tāto dicit ipse ꝙ iste.§.habet locū in vno impetrāte.⁊ ptʒ ex tex.dum dicit cuiꝗ.⁊ sic in simi.in duobus ergo vel pluribus impetrātibus.dic post euʒ ꝙ si sunt disparis autoritatis ille q erit potioris erit prior.s.eo.si qui.⁊.c.ad sedem. Si vo sunt paris autoritatis vincens in tempore ceteris paribus vincet etiam in iure.siue loquamur de prima parte.c.siue de secūda. Nam in hac secūda parte in fauorē ordinarij est inductū vt debeatur minoris valoris. Sed si eam teneret recipere post impetrās secūdus haberet aliam maioris valoris.⁊ sic beneficiū qđ cōcedit hoc.c.ordinario collatori nō esset fauor sibi sed scđo īpetrāti.sed hoc ꝓhibet lex ꝙ fauor vni⁹ extēdat ad alium: vt.l.cū patronus.de le.ij.⁊.ff.q po.in pig.ha.claudius.⁊ est simi.qđ no.in cle.j.de rescrip.in glo.in actore. ¶ Ultimo Jo.an.inducit hunc tex.ad.q.disputatā in ecclesia rauenē.sunt duo collegia: scʒ canonicoꝝ cardinaliū ⁊ cantoꝝ: vt refert Jo.an.in.c.bone.el.j.de postu.prela. Modo pone ꝙ aliqs impetrauit canonicatū ecclesie rauenē.simpliciter in quo ex eis dʒ recipi.dicit primo ꝯsiderandā qualitatē persone: vt in illo q magis sibi cōgruat recipi debeat.arg.s.c.si de beneficio.⁊.qū. Si vo neutro dignus est ad neutrū recipiet ꝑpter tacitā conditionē subintellectā si est dignus.de rescrip.cum adeo. Si vo est dignus vtroꝗ tunc videt distinguēdū: vt in isto.c.vt.s.si motu ꝑprio in maiori. Si ad petitionē alterius in minori recipi debeat. ¶ Lap.etiam circa hoc format.q.de facto. qdam habuit gratiā a papa super beneficio sibi ꝯferēdo qđ duxerit acceptandū cui⁹ reddit⁹ annui fm taxationē decie summā.xl.floreū.decimi nō excedāt in illo loco erant floreni veteres satis minoris valoris ꝙ noui: oēs tū habebant cursum in expendēdo: vacauit postea beneficiū qđ iste acceptauit.opponit ꝙ est maioris valoris per respectū ad florenos nouos: ⁊ sic nō potuerit acceptari. Replicatur ꝙ est minoris valoris habito respectu ad flo.veteres ⁊ per ꝯn̄s tale beneficiū videtur includi ⁊ acceptationē nullam esse per h.c. Ego dico ꝙ si post taxationē decime sit variata moneta in estimatione habeat cōsideratio ad valorē qui erat tēpore taxationis.⁊ fm illud tēpus valorē reddituū estimari.ar.c.cum olim.de censi. Si vbi in literis nō fieret relatio ad taxationē decime: sed simpliciter mādaret ꝓuideri de beneficio reddituū qdraginta florenoꝝ tunc esset adhibēda ꝯsideratio florenoꝝ maioris vel minoris valoris: vt dicit Lap.⁊ vt dr in isto.c.

1 ☞ Numerus canonicorum ⁊ prebendarū quandoꝗ in ecclesia est taxatus.
2 Episcopus potest habere prebendā ⁊ vocē in capitulo vt canonicus liʒ non sit canonicus.
3 Papa liʒ scribat pro aliquo in ecclesia habente numerū prebendarum ⁊ canonicoꝝ per hoc non videtur numerū ampliare.
4 Papa per suum rescriptum an videatur velle consuetudini derogare.

Um in ecclesia. Decidit casuʒ dubiū duplicē rationē interserens ibi: ne cōtra.secūda ibi: ⁊ dictus. ¶ † No.ꝙ qnꝗ in ecclesia est taxatus numer⁹ canonicoꝝ ⁊ prebendarū.⁊ est quādoꝗ iste numerus inequalis: q: hic erat maior numerus prebendarū: qnꝗ est maior numerus canonicoꝝ: quos creauit papa vel capitulū vltra numerū prebendarū. Qđ autē ius isti supernumerarij ꝯsequant.dic vt.s.de ꝯsti.cū.M.et.s.c.pro illoꝝ.vbi dixi an rupto numero canonicoꝝ videatur ruptus numerus prebendarū. Item an licet caplo creare canonicos quousꝗ voluerit.plene distinxi.s.eo.vacante.⁊ vtrū statutum numerū possint rumpere.⁊.c.dilecto.eo.ti. ¶ † Secūdo no.ꝙ ep̄s potest habere prebendā ⁊ vocē in caplo vt canonicus liʒ canonic⁹ nō sit.⁊ dicit Archi.nō posse cōsuetudine introduci vt ep̄s sit canonicus ꝑpter impossibilitatē vt quo ad idē codeʒ tēpore sit pater ⁊ filius.sed Jo.an.hoc nō placet ⁊ in effectu nil valet fm eum.allegat tū Archid.de conces.ꝑben.literas.⁊ vide qđ legit ⁊ not.s.eo.li.de appel.a collatione: qđ tamē de voce in caplo hic dicit non facit ad factū fm Jo.and.sed tm̄ id qđ dicit de prebēda de qua erat hec q̄stio.an impetranti an futuro ep̄o deberet fm Jo.an. Ego dico ꝙ etiam qđ dicit de voce capituli denotat iuris ministeriū ⁊ auget dubitationē in casu hui⁹.c.ex eo: q: ex istis scʒ quia vocē habebat vt canonicus ⁊ silr dicto iure prebendā.videbat dicta eius ꝑbenda vacans debita impetranti.sicut ⁊ quecūꝗ alia que alteri ex canonicis deberet.⁊ sic ꝑpter oīmodā similitudinē quā habebat cum alijs videbat eandē subire debere in legib⁹ disciplinā: vt.c.recolētes.de sta.mo. Sed dic ꝙ aliud est esse canonicū: aliud haberi pro canonico. Sicut aliud est esse ciuem: aliud haberi loco ciuis: ⁊ esse absentem vel loco absentis: siue esse meretricē vel loco meretricis haberi: vt plene no.Bar.in.l.si marit⁹.§.legis iulie.ff.de adulte. vnde in casu huius.c.q: verisimile est ꝙ papa voluerit ꝓuideri de ꝑbenda canonico debita.⁊ ep̄s nō esset canonicus liʒ loco canonici haberet nō deberet impetrāti ꝑbenda sibi debita: q: verba rescripti debēt verificari in ꝑpria ⁊ vera significatione non in ficta ⁊ impropria: vt.l.iij.§.hec vba.de neg.gest.⁊ hanc rōneʒ addo ad duas alias quas tex.ponit. ¶ Tertio no.ꝙ ꝑbenda debita alicui ex spāli iure nō potest ꝯferri simplr impetrāti prebendam. Que enim notabiliter insunt nisi spāliter exprimant videntur esse neglecta ⁊ sub verboꝝ generalitate nō veniunt: vt l.itē apud.§.heredē.ff.de iniur.⁊ ista est alia rō ad.c. ¶ Quarto no.ꝙ ep̄s pōt qnꝗ habere ꝑbēdā in ecclesia ⁊ vocē in caplo vt canonicus.⁊ vide qđ not.xciij.dist.c.ij.de canonico electo in ep̄m qui retinet prebendā.⁊ vide qđ no.Hosti.eo.ti.§.cui sit.et quod no.in.c.cū nostris.de cōces.ꝑben. ¶ † Quinto no.ꝙ licʒ papa scribat pro aliquo in ecclesia habēte numerū ꝑbendarū et canonicoꝝ.per hoc nō videt velle numerū ampliare: sed impetrans expectare tenet cū ꝑbēda vacabit.⁊ per hoc dicit Lap.ꝙ si in ecclesia est numerus.xij.canonicoꝝ iuramento firmatus.⁊ xiij.ꝑbēdarū quarū vna debet dignitati que est in ipsa ecclesia si papa cōfert ibi canonicatū vltra numerū ⁊ ꝑbendā ⁊ dignitatem cū vacabit cui postea ꝑbenda vacans collata fuit.⁊ deinde tractu temporis cū vacaret dignitas cū ꝑbenda cōnexa collata etiā fuit sic ⁊ prima vacabit per.c.literas.de cōces.ꝑben.⁊ cle.si iuste.j.eo.an per caplm poterit cōferri.dicit ꝙ nō sine licentia pape.ar.s.eo.lib.de rescrip.cū aliqbus.als essent periuri: q: facerent cōtra numerū.s.eo.dilecto.non tū curret ei tempus lateraneū.concilij.s.de conces.ꝑben.nulla.nisi ex quo fuerūt in mora petēdi licentiā.s.de elec.c.fi. Ego nō capio illud dictū Lap.quid velit: presupponit eīm ꝙ prebenda primo vacans fuit huic apostolico supernumerario collata: ex quo intra numerum est repositus ⁊ loco deficientis canonici in prebenda subrogatus deinde dignitatē ⁊ annexā prebendā adeptus est.in illa igitur

que ex hoc vacauit: si alius subrogetur non est vltra numerum sed inter: quid ergo velit vel non intelligo vel errauit in terminis

4 ¶ † Quero dicit̄ hic ꝙ papa non videt̄ per suū rescriptū velle cōsuetudini derogare. ⁊ loq̄tur tex. de cōsuetudine per quā prebēda alteri debet̄. sed nunq̄d ita erit dicendū de cōsuetudine per quam collatio certi beneficij vel vacantis certa specie ac modo vacationis spectet ad aliquē vt nō videat̄ velle derogare licʒ mandet generaliter ad cuiuscūq̧ collationem pertineat ⁊c. Glo. dicit tunc secus ⁊ per exempla declarat. Super qua querit Lap. quid iuris si prebēda pertineret ad collationē laici ex priuilegio pape: vt no. s. eo. li. ⁊ ti. c. ij. et c. is cui. an de tali prebenda per executorē ꝓuideri poterit: putat ꝙ nō. nisi papa de tali priuilegio expssam mentionē faceret. non ob. c. dudū. ⁊ c. q̄uis. s. eo. q: intelligunt̄ cū ad ecclesiasticā personā: non qn̄ ad laicū collatio spectat. ⁊ facit qd̄ de beneficio spectante ad presentationē patroni laici. dicit̄. s. de offi. le. dilectus. ⁊ de iurepa. c. dilectus. ⁊ no. s. eo. ti. ⁊ li. c. ij. et c. q̄uis. potest etiā dici ꝙ in. c. dudum est generalis gratia p̄cedēs ⁊ specialis sequēs. ⁊ ideo per secundā specialē derogat̄ generali q̄uis de ipsa mentio nō fiat. secus si specialis esset prima. puta si data alicui per papā gratiosa potestas vt autoritate apostolica posset vni ꝑsone de primo beneficio qd̄ vacauerit ꝓuidere. Nam vbi de predicta gratia fieret mentio: nō preferretur is cui papa ꝓuidit vel prouideri mādauit. de primo beneficio qd̄ vacabit. ratio: quia tali gratie speciali papa derogare non intēdit nisi exprimat hoc ⁊ multominus priuilegiato ab eo derogabit: ne de beneficio spectante ad collationē priuilegiati possit alicui per literas apostolicas prouideri: nisi in eis de tali priuilegio habeat̄ mentio s̄m eum.

1 ☞ Beneficium primū non censetur vacare donec qui illud obtinuit fructus percipiat de secundo.

SI tibi concesso. Diuisione non indiget. ⁊ cōcordat in thema te: quasi per oīa cū. c. si ꝓpter. s. eo. lib. de rescrip. lʒ tendant ad diuersam cōclusionē ⁊ solutionē questionū que ex predicto themate hic ⁊ ibi eliciunt̄. ¶ No. ꝙ istā gratiā hic fecit papa. inferior igitur vel legatus an possint fructus beneficioꝝ vacantiū ex causa alicui cōcedere. dic vt ibi. vbi plene post Jo. an. dixi que beneficia veniant sub appellatione beneficioꝝ an curata: ⁊ an beneficia exemptoꝝ vel vacantia per permutationē. dic vt ibi plene dixi ⁊ hic ⁊ alia que plene examinaui in repeti. que etiā hic pro parte cadunt. ¶ Secūdo no. ꝙ primū beneficiū tunc censet̄ vacare cū de iure potest quis fructus percipere a secundo. Ante enim plene trāslatus non dicit̄ nec habere posset pacificā qui nō habet fructus: vt in glo. fi. et hoc inducit Jo. an. ad duas. q. si cōstitutio legati excōmunicet habentē duo beneficia. vtrū retinēs hoc beneficiū ex quo alius percipit fructus simul cū alio erit excōicatus. dicit ꝙ non. Jste enim qui tenet tale beneficiū ex quo fructus nō percipit impune id retinet cum alio: nec incurrit penā. c. de multa. nec cōstitutionis execrabilis: ergo nec cōstitutionis legati que in dubio debet intelligi s̄m ius cōmune: vt. l. ij. C. de noxa. et. c. cū dilectus. de consue. habere enim significat cū effectu habere: vt. l. nomen filiarū. §. fi. de verb. sig. Jtem si cogeret̄ dimittere primū ex quo fructus percipit ꝓpter istud scd̄m ex quo ad tempus non percipit mendicaret in opprobriū cler. contra. c. cū scd̄m. s. eo. ¶ Secunda questio est si papa ꝓuidit de beneficio hoc adiecto ꝙ habita eius possessione ipso iure vacet primū. dicit enim ꝙ nō vacabit si fructus huius secūdi alteri debent̄ s̄m Jo. mo. qui alle. ff. de act. emp. l. tenetur. §. si vas. vbi dicit̄ ꝙ vas simpliciter venditum debet esse integrū ⁊ vacuū ab oneribus: vt. l. ij. §. vacua. eo. titu. Jtem quādoq̧ ille qui possidet fingitur non possidere: etiam si quādoq̧ fructus percipiat: puta si patitur cōtrouersiā. C. de acqui. pos. l. nemo. ⁊. ff. de rei ven. l. nō vtiq̧. possessio enim est nomen verbale equiuocū ⁊ requirit vt sit rei possesse passio ⁊ possidētis actio que possessio nō debet esse sterilis: sed fertilis vt possessor fructus apprehēdat vt hic in no. videas super glo. fi.

1 que circa hoc insistit plusq̄ expediat. ¶ † Tertio no. ꝙ primū beneficiū non censet̄ vacare donec qui id obtinuit fructus percipiat de secūdo. Sed circa hoc querit Jo. an. vtrū iste poterit posses. huius secūdi dimittere. ⁊ in primo remanere. videt̄ ꝙ sic posiq̄ ex apprehēsione huius secūdi non liberi non inducitur vacatio primi. Certis enim modis inducitur vacatio beneficij iam adepti: ⁊ inter alios per secundi apprehensionē liberā ⁊ vacuam: ergo ante videtur habere locū penitētia: quo ad primi retentionē sicut in illo de quo in. c. si tibi. s. eo. tit. ⁊ lib. ad hoc. l. q̄ bonis. ff. de ces. bo. vbi expressam abdicationem bonoꝝ potest quis reuocare ⁊ bona retinere: ergo idē in beneficio qd̄ adhuc nō vacat. facit. ij. q. vj. si quis libellos. ⁊ pro ⁊ contra. qd̄ dixi. s. de cleri. coniu. c. j. in. ij. ⁊. iij. q. Contrarium tenet hic Jo. an. nam ex apprehensione huius secūdi. primū debet censeri temporale: ⁊ secundū perpetuū qd̄ spōte acceptauit vt ei perpetuo adhereret vt no. s. de fil. p̄sby. veniens. ergo qd̄ semel placuit id sequatu[r] vt in regula qd̄ semel. Nam incōstantia precipue in clericis reprobat̄ a iure. s. de iurepat. qd̄ autem. quodā enī beneficio speciali ad tēpus cōcesso retinet tale primū qd̄ deberet vacare pe[r] c. de multa. s. eo. vtatur ergo iure ⁊ ꝓuilegio speciali quo sublato in retentione primi iuris alio nō iuuatur. ergo nō debet propter inconstantiā ⁊ mutationē ꝓpositi adiuuari ne iura sint sib[i] ludibrio cōtra. l. fi. C. de bo. que libe. ¶ Tertio quero eps̄ clerico existenti in studio ꝓmisit. x. marchas annuas donec habere[t] beneficiū eque bonū. iste est adeptus beneficiū. x. marcharu[m] quas tn̄ in studio habere nō potest. vtrū teneat̄ ei vlterius prouidere. videtur ꝙ sic: q: nō potest dici eque bonū qd̄ non percipit̄ in absentia: ⁊ habet onus qd̄ nō habebat primū. facit. x. q. ij. hoc ius. §. sicut autem. Jtem intelligentia sermonis sumitur e[x] causa ⁊ ex personis cum q̄bus habetur: vt. c. intelligētia. de ver[b]. signi. ⁊. xxvj. dist. c. deinde. ⁊. l. plenū. §. equitij. de vsu ⁊ habita. dixi in. c. de beneficio. §. quādo. s. eo. Cum ergo hic eps̄ loqueretur existenti in studio debet intelligi de beneficio qd̄ ibi percipi possit. facit. xxij. q. vij. apostolus. ⁊ de verb. obli. titia. caus[a] enim que in dispositione deducit̄ ampliat ⁊ restringit dispositionē ipsam: vt. l. generaliter. C. de epi. ⁊ cleri. ⁊. l. adigere. §. q̄uis de iurepa. ⁊. l. fi. ff. de here. insti. in contrarium alle. l. qui actionē. ⁊. l. qui potest. de reg. iur. Jtem beneficiū epi fuit gratuitū a principio: ergo nō amare extorquendū. de censi. ex parte. facit. c. ij. d[e] fideiuss. Jtem acceptauit beneficiū: vacat ergo primū maxim[e] cuius extitit conditio. de condi. appo. verum. ⁊ hanc partem refert disputando firmasse Bar. brix. in. q. dn̄icali. lxj. nisi appareat inter eos aliud actum. Jsta decisio videtur mihi dubia e[x] eo ꝙ eps̄ ꝓmisit soluere. x. marchas annuas existenti in studio ⁊ sic solutio est collata in certo loco: quo casu si alibi soluitur e[st] habenda ratio ⁊ ꝯsideratio loci vbi erat solutio destinata. ⁊ s[m] illum locum plus vel minus quod soluit̄ estimari debet: vt. l. q[ui] si ephesi. ⁊ per totum. ff. de eo qd̄ cer. lo. et. s. de plus peti. c. j. vi[de] de studenti hic bonon̄. x. marche plus vtilitatis cōferunt si so[l]uantur sibi hic q̄ si in anglia vel francia vnde est perciperet [de] vno beneficio satis vltra. non est ergo loci vtilitas adimēda cre[di]tori. Jtem eps̄ tenet̄ in loco studij dare dictas. x. marchas: [vt] ergo beneficiū dici possit eque bonum debet intelligi ꝙ deductis expensis ipsas habeat cū effectu. ad hoc. c. presenti. §. por[ro]. s. eo. li. de offi. ordi. Jnter alias expēsas videtur computād[a] expensa itineris que imminet in portando ipsas vsq̧ ad locu[m] vbi est solutio destinata. si ergo ea deducta non remanēt. x. mar[]che non potest dici beneficiū eque bonum. ⁊ per ꝯn̄s non est cō[n]ditio adimpleta: ⁊ sic nec eps̄ liberatus. Jn dubio aūt si de loc[o] solutionis debiti nō apparet an debitor debet deferre pecun[iam] ad domū creditoris: vel creditor debet ire pro ipso ad domū [de]bitoris. dixi plene in. c. significante. de pigno. ⁊ per Bar. po[st] Cy. in. l. inter illa. de consti. pecu.

1 ☞ Prebende sacerdotales in ecclesia quādoq̧ esse dicun[tur].

2 Mandatū directum super aliqua re nō potest super alia adi[m]pleri.

QUi de non. Tria sunt dicta q̄ patēt per. [] ⁊ finis oīa respicit. ¶ † No. [ꝙ] in ecclesia quādoq̧ sunt prebēde sacerdotales: ⁊ ho[c] potest cōtingere per statutū: priuilegiū: vel prima[m] institutionē ipsius: vel per consuetudinē. istis enim modis p[otest] induci vt prebēda non cōferatur nisi sacerdoti: ⁊ sic ordo sacerdotij quādoq̧ annectit̄ p̄bende: qn̄q̧ dignitati: qn̄q̧ persona[]

2 tui: qn̄q̧ officio. qd̄ dic vt no. j. eo. ei cui. super glo. ij. ¶ † Scd̄o no. ꝙ mandatū directū super aliqua re nō pōt super alia adi[m]pleri. vnde dicit lex si mādaui ꝙ emeres domū seij pro centū: [si] emisti pro centū: titianā longe maioris precij nō videris impleuisse mādatū. nam q̄ excessit aliud facere videt̄: vt. l. diligēter. [ff.] mādati. ⁊. c. cū dilecta. s. de rescrip. ¶ Tertio no. ꝙ quādoq̧ i[n] ecclesia sunt p̄bende: quādoq̧ dimidie ⁊ integre. qd̄ intellige [vt] in glo. ij. potest vna prebēda in duas diuidi sicut domus ⁊ fundus sola destinatione patrisfamilias diuidūtur in plures vt. [l.] qd̄ in rerum. de leg. j. ⁊ intellige ꝙ prebēda potest diuidi ex ca[u]sa: puta necessitatis: vtilitatis: ⁊ elemosyne. als̄ non posset. q[d] dic vt dixi. s. eo. vacante. in. iiij. et. v. notabili. ¶ Quarto no. [ꝙ] lʒ in quantitatibus in maiori quātitate insit minor: vt. l. si stip[u]lanti. de ver. obli. ⁊ dixi. s. eo. li. si de arbi. c. j. debita tn̄ in speci[e]bus sub maiori nō includitur: nec venit minor: vt in ver. simil[i]ter. ⁊. d. l. diligēter. facit tn̄ contra istum tex. l. si quis mihi bon[a]. §. ꝙ si ex parte. de acqui. here. vbi mandatarius potest impler[e] non in minori q̄ fuerit iniūctum: sed ibi mandatum non fuit [in] speciebus sed in quotis: vnde in eis idem qd̄ in quantitatibu[s] vt in maiori insit minor: non autem econuerso. vna enim sp[e]cies non includit aliam: sed potius bene continet in se minu[s]

vnde dicit

vnde dicit glo. ꝙ qñ fit plus ꝙ̃ fieri debet videt̃ ipsum fieri qd̓ est faciendum: vt. l. is cui. ff. quemad. serui. amit. cum concor. ibi notatis. Sed dices istud est cõtra hoc. c. §. idem vbi in q̃titate valoris i maiori summa nõ inest minor nec in minori põt impleri mandatuz. Sol. ibi fit mentio q̃titatis respectu certe speciei quo casu idẽ de ea qd̓ de specie iudicatur vt. l. in naue saufelli. ff. loca. ⁊ l. titia textores. §. fi. de lega. j. ⁊ ex hoc dico ꝙ si papa mãdasset prouideri vsq; ad certam summã poterit prouideri de minori: q: in maiori q̃titate ad spẽz inest minor si relata. ⁊ hoc no. in. c. q̃uis. s. eo. in glo. aliud credo. ⁊ collige ꝙ aliud est facere extra mandatũ: aliud ẽm mãdatũ: aliud plus vl' min⁹ ꝙ̃ mãdatũ fit. hoc eñ vltimũ qñq; complectit̃ qd̓ mandatũ est: qñq; non. ⁊ faciũt hec ad. q. rusticus tenebat̃ dare mihi omni anno. x. paria caponũ: annis. xxx. soluit quinq; tñ. an prescripserit contra me in alijs q̇nq;: si censet̃ soluisse prorsus: aliud est prescriptũ. Si xͦo partẽ debiti tñ per solutionẽ part̃ retinet̃ ius in toto. iuxta qd̓ no. per Inno. in. c. cũ dilectus. de capel. mo. ⁊ l. cũ notissimi. §. sed cũ illud. C. de p̃scrip. xxx. an. Uel pone: debebas mihi. x. bonoñ. auri de antiq̇s soluisti de nouis q̇ sunt minoris estimationis annis. xxx. an prima obligatio sit extincta ⁊ noua exorta an xͦo censearis soluisse vt sic possim agere in eo qd̓ defuit. pendet etiã ista q̃stio ex p̃dictis an videar soluisse aliud: an de toto partẽ debiti. dic de ipsis vt not. bar. in. l. si prius. ff. de aqua plu. arcẽ. ¶ Quinto no. ꝙ illa impetratio de p̃benda certi valoris adeo est stricti iuris ꝙ nisi punctaliter sit illius valoris nõ debetur impetrãti. exceptio igit̃ ⁊ diminutio in valore facit beneficiũ sub gratia nõ includi. ⁊ q: raro esset reperire beneficia sic ad vnguẽ estimata. ideo illa forma nõ est hodie in vsu: sed dicit̃ dũmodo tot florenos auri ẽm estimationẽ decime non excedat: cũ enim inhibet̃ excessus seq̇tur ꝙ infra summã taxatã omne beneficiũ includat̃. ⁊ dic vt h̓ in nouel. sup xͦ. certi valoris. ¶ Opponit̃ ⁊ videt̃ ꝙ ille cui mandat̃ ꝓuideri de p̃bẽda integra possit eligere dimidiã: ⁊ ille q̇ maioris valoris possit de minori valore sibi petere ꝓuideri. per. l. qd̓ fauore. C. de legi. et. c. ad apostolicam. de regulari. Sol. quãdoq; in eo qd̓ min⁹ est nulla precedit legis vel hominis dispositio que includat ipsum minus. ⁊ tunc non venit cum dispositione: nec potest peti: vt. ff. de pericu. et cõmo. rei vendi. l. si vina. ⁊ in isto. c. Quãdoq; precedit legis vel hominis ordinatio in illo minori. ⁊ tunc ille cui pleni⁹ prouidetur potest hoc omittere ⁊ petere illud minus: vt. l. ij. ff. de in diem adiec. ⁊ hoc declarat latius per exempla. Cy. in. d. l. qd̓ fauore. in. ix. oppo. ¶ Quero quãdo mandat̃ prouideri vsq; ad certam summã turoñ. paruoꝝ cuius loci estimatio ꝯsideretur: ⁊ cuius tẽporis. ⁊ vtrum cõsideret̃ bonitas extrinseca: an intrinseca. quo ad primũ potest argui ꝙ cõsiderari debet loc⁹ vbi gratia facta est tanq̃ ibi oriatur. C. de testamẽtis. l. cũ antiquitas. in prin. ibi vel codicillis nascitur. ⁊ talis locus videt̃ cõsiderandus. ff. de leg. ij. l. nũmis. ꝓbabilius tamen videtur ꝙ cõsideretur locus beneficij de quo debet fieri prouisio. ff. si cer. pe. l. vinũ in fi. ⁊ de tri. l. fi. ⁊ de fideius. l. si vt ꝓponitur. ⁊ est ratio q: actus cuius expeditio in certum locũ cõfertur iuris fictione in loco illo celebratus intelligit̃. ff. de bo. auto. iu. po. l. iij. ⁊ de act. ⁊ obli. contraxisse. Ad scd̓m cũ querit̃ cuius temporis estimatio debet cõsiderari. videt̃ ꝙ tempus date. s. de rescrip. eam te. et. c. cõstitutus. Sic solutio legati ꝯsistentis in pecunia debet fieri de moneta que currebat tempore testamẽti nõ morte testatoris. ff. de leg. iij. vxorẽ. §. testamẽto. ⁊ de ali. ⁊ ciba. lega. l. medico. ⁊ qd̓ ibi no. Sicut etiam videt̃ in cõtractibus. ff. de contrahen. emp. l. imperatores. ⁊ de ver. obli. l. cõtinuus. §. cum quis. ⁊ de censi. olim. ⁊ ita no. Azo. in brocardis in rubrica de cõtractibus. ⁊ in rubricella eadẽ mensura vel moneta debetur que erat tempore cõtractus ⁊c. Oldra. tenet cõtrariũ in hoc secũdo dubio. dicit enim cõsiderari debere tempus quo gratia per vacationẽ ⁊ realem apprehensionẽ sortitur effectũ. ff. de verbo. ob. l. quotiens. ⁊ l. seq. ⁊ de reg. iur. l. si kalendis. Et est ratio q: talis gratia ꝯditionẽ habet. ff. qui ⁊ a qui. manu. lib. non fi. l. iij. ⁊ de op. le. l. cum ita. ⁊ de leg. ij. l. vnum ex familia. circa prin. ibi ceteri conditione deficiunt. in ꝯditionalibus autem tempus extantis cõditionis attendit̃. ff. de condi. ⁊ demon. l. eum qui post apertũ. ⁊ de leg. prestan. l. interuenit. ⁊ de lega. iij. l. si deportati. in princi. Ad tertiã q̄onem qua querit̃ an de estimatione pecunie turoñ. debet haberi cõsideratio ad valorẽ intrinsecũ vel extrinsecũ. dicit Oldra. ꝙ turonẽses sunt in vsu in loco beneficij vel circũposita regione que etiam in hoc attẽditur. ff. de ali. ⁊ ciba. leg. l. pe. ⁊ s. de consue. cum olim in vsu ⁊ cursu cõmunis ⁊ vsu alioꝝ: valor extrinsecus attenditur. ff. ad. l. fal. l. precia. ⁊ l. in lege falcidia. Ratio huius est: q: cum quis vult rem aliquam per pecuniam estimare qua omnia estimãtur ⁊ ipsa per nihil aliud: vt. ff. de fideius. l. si ita fideiussorem non dirigit considerationẽ ad intrinsecũ valorem pecunie: sed ad desualẽ. ff. de verbo. sig. l. ꝓpe modũ. ⁊ hoc aperte dicitur in. l. j. circa prin. ff. de cõtrahen. emp. ibi vsum dominiũ que sui nõ tam ex substãtia prebet ꝙ̃ ex quãtitate. de vsuali igitur isto casu est intelligendũ: q: intelligendis sermonibus vsus omni regule: omniq; institutionũ derogat solus. ff. de leg. iij. l. liberorũ. §. quid ergo. ⁊ l. semper in stipulationibus. de reg. iur. et. c. ex literis. de sponsa. Si xͦo non sit cursus vel vsus turonensiũ. ad hoc. dicit Oldra. ꝙ per hoc gratia non redditur nulla. arg. l. in testamento. ff. de cõdi. ⁊ demon. ⁊ de his qui no. infa. l. liberoꝝ. §. j. quomodo ergo tunc estimabit̃. dicit ipse ꝙ fiat ad illam monetã que ibi currit ⁊ illius fiet postea cõparatio ad turoñ. habito respectu ad vtriusq; monete bonitatẽ extrinsecam. arg. s. de censi. olim. ⁊ de iureiurã. quanto. ⁊ eorum que ibi not. per Inno. ⁊ Hosti. ⁊ ista dicit Oldra. ꝯsilio. cciiij. ¶ Querit Archid. si in ecclesia vbi sunt beneficia ⁊ prebende mandat̃ simpliciter de beneficio ꝓuideri: an poterit sibi ꝓuideri de beneficio prebẽdali Jo. and. remittit ad no. per eum. s. eo. c. fi. ibi tenet ꝙ nõ. secus si sint ibi tantũmodo p̃bende: q: tũc appellatione beneficij includit̃ p̃bẽda ne rescriptũ pereat. arg. de ver. sig. abbate. Si aũt mandet̃ ꝓuideri de beneficio competẽti in aliqua ecclesiarũ: tunc ista competẽtia cõsiderabit̃ ex persona impetrãtis: vt sic sermo relatus ad personã intelligat̃ ẽm conditionẽ persone: vt dixi. s. c. si de beneficio. facit. l. sed si susceperit. de iudi. ⁊ de leg. iij. filie. ⁊ per hoc dixi post doct. in. d. c. fi. in. iij. q. ꝙ si in ecclesia sunt p̃bende sacerdotales vel annexe certis ordinibus per statutũ. s. c. significatũ. vel si annexe nõ sunt tñ in ecclesia est numerus sacerdotũ vel dyaconoꝝ q̇bus dicte prebẽde solite sunt cõferri: impetrans in tali ecclesia prebendã vacaturã nõ habebit prebendã alicui ordini deputatã vel conferri consuetã p̃sbytero vel diacono nisi receptus idoneus sit et velit ad tales ordines ꝓmoueri. nam dictũ mandatũ conferẽdi prebendã debet intelligi de p̃bendis que possunt honeste ⁊ sine alterius preiudicio cõferri. ar. j. eo. ei cui. Quid si tempore impetrationis beneficiũ taxatũ excedit summã sed nõ tempore vacationis. per Oldra. consi. xxxv.

1 Paria sunt habere possessionẽ secũdi beneficij vel per eũ stare quominus habeat.
2 Uacatio primi beneficij inducitur postq̃ recipit secundũ ⁊ possessionem pacificam habuit.
3 Presens potest conferre beneficium quod ab alio possidetur
4 Possessor debet vocari anteq̃ possessio aduocetur.
2 vbi q̃rit Io. an. post Host. ❡ † Tertio no. ꝙ sicut põt quis hr̃e duo domicilia. ita duas ecclesias parochiales. s. in quolibet domicilio vnã: quaꝝ quelibet habet ius ĩ canonica portione: vt hic sic in fi. ff. de excu. tu. l. iurisperitos. §. cum oriundus. Facit hoc ad nota. in cle. cãm de elec. de illo qui cõsueuit habitare in duabus domibus. in qua citabitur: dic vt ibi. Itez qd̃ hic dicitur. si eligat sepulturam in tertio loco. Idem iuris intelligas si in altera predictarum. nam tunc ecclesia in qua sepulturam eligit diuidit canonicã cũ reliqua et residuũ habebit quasi precipuuz: ⁊ est si. s̃. de test. officij. ⁊. c. req̇sisti. ⁊. c. raynu. ⁊. c. raynal. ❡ Quarto no. ꝙ valet electio sepulture in loco min⁹ religioso. sup hoc vt dicit tex. erant olim opinio. de quibus. s̃. e. fraternitatem et ibi no. qualiter locus dicatur magis vel minus religiosus nam ex frequentia populi ⁊ celebratione diuinorũ cognoscitur. ❡ Venio ad questiones et primo quero an qd̃ dicitur hic de habente duas ecclesias parochiales vt diuidant inter se: habeat locum cũ quis habet domũ in confinio duarum parochiarũ glo. dicit ꝙ similiter dz fieri diuisio inter eas in nouel. remittit ad not. de parochi. super eo. vbi ecclesia que est in limite duarũ ecclesiaruz erit coĩs vtriꝗ̃ ep̃o: sicut arbor que est nata in confinio vt. ff. cõi diui. l. arbor. Pro hoc adducit decisionem. q. disputate ꝙ ĩ vtraꝗ̃ parochia talis tenebitur ad collectas. alle. ff. de cẽsi. l. forma. §. si vero. de munerib⁹ ꝑsonalib⁹ impositis. tz ꝙ si ĩ vtraꝗ̃ parochia habitat sua erit electio in qua velit sepeliri. Si vero solum introitum habeat in vna parochia et habitationem eiusdem domus in alia: debet sepeliri in illa parochia in qua habitat cum introit⁹ sit ꝓpter habitationẽ. ff. de le. iij. l. ꝑ̃dijs. §. antepe. ⁊ pe. Et est similis questio in decima ꝑsonali. ⁊ refert hoc deberi illi ecclesie in cuius parochia est illa pars dom⁹ in qua facit opam. ar. l. iiij. ff. de fun. instruc. Alij vt refert in. d. c. sup eo. dicũt ꝙ erit solius illius ecclesie in cuius parte caput positum est. ff. de religio. ⁊ sump. fune. l. cum in diuersis. ⁊. l. adeo. §. si. de acqui re. domi. primum putat ipse equius. in. d. c. sup eo. Bart. in. d. l. predijs. §. qui domum. dicit ꝙ si domus est posita in duabus parochijs cedet illi parochie per quam habet aditum: vt. d. §. qui domum. ⁊. §. balneas. ⁊ de leg. iij. si cui edes ⁊ de dam. infec. l. quod conclaue. Sed si habet aditũ ꝑ vtrãꝗ̃ parochiã cedet illi parochie per quã adit⁹ frequẽtatur. vt. l. legatis. §. si vn⁹. ⁊. l. pedicu lis. §. argento. de aur. ⁊ ar. leg. ❡ Secundo. quero ille qui est de duab⁹ parochijs vt ĩ tex. dicit ita. lego. ecclesie mee parochial ẽ tum. quero cũ non constet expresse de qua ipsaꝝ senserit cui d beatur. dicunt quidã ꝙ diuident inter se. ff. de reg. iu. l. paulus ⁊ de lega. ij. l. si quis titio. §. fi. Alij dicunt ꝙ accipient insolid e leg. j. l. filiabus. §. siquis. Alij dicũt ꝙ nihil percipient de tes tu. l. duo sunt titij. Pe. de bel. perti. vt refert Cy. C. de sa. san. l. j. dicit ꝙ est recurrendũ ad cõiecturas que colligunt̃ ex plu bus. Primo q: alterã ꝑ̃diligebat q: in ea voluit sepeliri vel ma gis conuersabat̃. in dubio vero dicunt quidã neutri debere. Jo. an. dicit ꝙ primũ est equius. s. ꝙ diuidant inter se. ❡ Q rit etiã circa hoc siquis legauit ecclesie sue parochiali. x. ⁊ tpe te stamenti habitabat in vna parochia: tpe mortis in alia: dicu quidam inspiciendum tp̃s testamenti. ff. de aur. ⁊ ar. leg. l. si i. Alij ꝙ tp̃s mortis. de fun. instru. l. pe. Quidã silr̃ dicunt recu ẽ dum ad ꝑ̃dictas coniecturas: de quib⁹ si non apparet dicit: q modicũ erat legatũ respiciẽs funeris sumptus tunc illa habe t apud quã sepelitur. vt. l. ꝭm naturã de reg. iu. Si vero magnũ t habebit illa ꝗ̃ erat parochialis tpe testamẽti cui⁹ merito ⁊ a ctione fecisse vr̃. ⁊ nõ scd̃e. ff. ꝓ socio. l. nec adiecim⁹ etiã ita h i nouel. Ista opi. mihi placet qñ expssisset in legato facto eccle e sue nomẽ scti. puta ecclesie mee scti Andree cũ eñ post trãslati nem ad aliã ecclesiã voluntatẽ nõ mutauerit ꝑ̃sumit̃ in eadẽ ꝑse e rare. vt. l. sancim⁹. C. de testa. ad hoc. l. tractabat̃. ff. de testa. m. Si vero simplr̃ legauit ecclesie sue parochiali. tunc cũ relictu n fuerit quodãmodo sub noĩe dignitatis ⁊ officij. videt̃ transir i futurã ecclesiã parochialẽ. ar. c. qñ ab. de offi. deleg. ponitur ñ ecclesia loco ꝑsone legatarie. sed in personis expressis sub no i ne dignitatis videt̃ cõsideratio habẽda ad presentẽ ⁊ futurũ ec clesie rectorẽ. vt. l. annua. §. fi. de annu. leg. idẽ in ecclesia. ad h c optime. l. placet. ⁊. l. se. de liber. ⁊ posthu. ❡ Tertio quero de i o qui morit̃ in religione. ĩ. annũ probatiõis an parochialis ecc e sia habebit canonicã. Archi. hic tenet ꝙ sic. q: nõ est plene co r sus. de peni. di. j. §. hoc idẽ ver. cõuersio. ⁊ de elec. ex eo in fi. Itẽ non videtur mutasse domicilium. xiij. q. ij. §. q: ergo. ⁊ qd̃ ibi n. Jo. an. remittit de hoc ad no. ꝑ eum. s̃. eo. de his sup glo. pe. i o uel. vbi tenet cõtrariũ post Goff. ⁊ Host. Nam lz non moria r ꝓfessus. fuit tñ plene cõuersus nec voluntatẽ mutauit. ⁊ ꝑ ill n transitũ apparet ꝙ voluit mutare domicilium ⁊ desijt esse pa ro chianus ꝓprie ecclesie de parochi. c. fi. ⁊ qd̃ no. in. c. beneficiu n. de reg. in glo. mag. ibi etiã multa iura ⁊ rõnes ꝓ opi. Archi. c⁹ opi. refert hic Lap. in cle. ij. eo. ti. tenere Pau. s. ꝙ debeat̃ ca o nica parochiali ecclesie cũ requirat̃ cõuersio in vita ⁊ sanitat z ille non fuit cõfessus: pro cui⁹ opi. facit decisio. q. quã disput i Padue de qua dicã. ĩ. de sta. regu. in. d. c. beneficiũ. vide etiã d̃ no. in. c. de his in nouel. de istis confratrib⁹ qui retẽtis bonis e cipiuntur in cõfratres. tenet ꝙ nõ eximant̃ a iure ep̃ali nec p iudicet̃ canonice portioni quomin⁹ suo tpe debeat̃ de priuil ũ ⁊ plantare. §. de cõfratrib⁹. ⁊. c. priuilegia. §. j. eo. titu. ❡ Quar to quero de quib⁹ veniat detrahẽda ista canonica. Ad hoc di co ꝙ in. c. j. s̃. eo. ꝙ de parte sui iudicij circa qd̃ reuocãt do. in u biũ vtrũ debeat̃ de relictis tm̃ factis ecclesie. vbi elegit sepu u ram an vero de factis ecclesijs q̇buscũꝗ̃. Hosti. Pe. ⁊ Egi. di cunt ꝙ de relictis factis ecclesijs q̇buscũꝗ̃ ꝑ. c. ij. s̃. ibi relict ũ oĩm. Sed glo. in. d. c. j. intelligit de relictis factis ecclesie sepul ture tm̃: ⁊ non de alijs. ⁊ hec opi. placet Abb. Nã ꝭm eũ si in a ecclesia elegisset sepulturã de legatis factis alijs ecclesijs nõ de beretur aliud dicte sue ecclesie. Idẽ tenet Archi. hic ⁊ Jo. an in cle. dudũ. ver. verũ in glo. q̃ro. tãgit etiã in. d. c. ĩ nouel. q: tex di cit quartã partẽ sui iudicij an ĩtelligat̃ d̃ eo qd̃ relinquit̃ eccle e sepulture iure institutiõis. Tenet ꝙ sic etiã de ĩmobilib⁹. vt di dixi. in. ij. q. ❡ Quinto quero dictũ ẽ. s̃. proxi. q. ꝙ rector paro chialis debet habere quartã de oĩbus relictis ecclesie sepultu e sed a quo dz petere ⁊ recipe istã quartã: vtruz ab ecclesia sepu ltu re an ab hererede. et eadẽ est questio in ep̃o cui debet̃ etiã quar ta de his que pro anima relinquunt̃ ecclesijs ⁊ alijs pijs locis. vt. s̃. de testa. officij. ⁊. c. req̇sisti vtrũ petet ipsam a dictis eccle sijs vel heredibus. Et est vtilis hec questio: q: quandoꝗ̃ ep̃s ⁊ rector parochie plus confidunt de herede ꝗ̃ de rectore eccle e sepulture presertim si sit dz mendicantibus ꝯ̃ quos difficile t recipere iusticiam coram quo ad hoc dico ꝙ ꝭm opi. Host. qã tenet hic Arch. in portiõe debita ecclesie parrochiali qd̃ nõ 5 dubium. Tenet eniz ꝙ ista portio danda est añꝗ̃ parochian s eligat sepulturam: vt dicit tex. in. d. c. j. Sed vt ibi dixi in. iij. o tab. post. Joan. and. Ista opi. non seruatur de facto. Et ideo n c. de his in. ij. q. retuli. iij. opi. prima est ꝙ episcopus et curat s possunt agere pro eorum portione: non solum contra ecclesi n sepulture sz etiã cõtra ipsos heredes. Non ob. ꝙ de episcop ⁊ curato non fuerit facta mẽtio in testõ: quia esset in nõ noĩa s in eo si spectat ad eos ex eo cõmoduz possunt agere. vt. l. xj. § in terdum. de le. iij. et. l. si cui. §. fi. de leg. j. ⁊. l. seruo legato. §. si te a

post ipsum.

a Canonica Adde panor. i. c. de his ⁊. c. sup eo. d̃ sepul. ĩ cle. dudũ. §. veꝝ. e. ti. ⁊ ibi Car. et vbiꝗ̃ sepultura eẽ põt. xiij. q. v. vbicũꝗ̃ ĩ c. sacruz de sepul. Flo. l. in rub. de relig. ⁊ sum ptiu. bar. cepo. i. c. fi. de serui. vrba.

tore.de leg.j.Unde cũ eis iste portiões canonice deferant̃ a iure etiã testatore inuito.vt.d.c.officij.⁊.c.requisisti.videtur ꝙ possint contra heredes agere.⁊ sicut falcidia resecat ipso iure legata.ita resecet ista canonica.vt.l.linea margaritarum.ff.ad.l.fal. Scđa opinio est ꝙ ep̃s ⁊ curatus recipiãt istas portiones ab illa ecclesia cui relictũ est. Tertia opinio Host. est expulsis subtilitatibus Inno.ꝙ de canonica equitate ep̃s ⁊ curatus possunt agere cõtra heredes pro eo qđ sibi debetur:q: si pecunia mea est penes te equũ est vt mihi eã reddas.vt.l.si me ⁊ titiũ.ff.si cer.pe. ⁊ sic accedit prime opi.quã sequi videt̃ Joã.de deo li.j.q.xxxix. Ego vt dixi in.d.c.de his ad fi.voluissem istos dños declarasse vtrũ istud in tm̃ sit verũ ꝙ si rector ecclesie sepulture agat ad integra legata possit heres contrariũ ipm̃ excipere. Ego volo retinere canonicas debitas ep̃o ⁊ curato.⁊ an nõ sit liberat⁹ si soluat integre hac exceptione omissa:quasi soluerit ei cui nõ debebat.vt.c.eã te.s̃.de iurei. Tenui vbi.s̃.ꝙ ep̃s ⁊ curatus poterũt preueniri ab ecclesia sepulture ⁊ sic petere ab herede. Predicti etiam admittendi sunt ad petitionẽ vt dixi.⁊ in cõcursu erunt p̃ferendi.⁊ circa hoc vide no.in cle.dudũ.§.hmõi in glos.per hoc dicebat.j.eo. ¶ Sexto quero iuxta p̃dicta dixi ꝙ de relictis ecclesie sepulture debet̃ quarta episcopo:⁊ similiter curato de cuius parochia corp⁹ assumitur. Sed q̃ prior detrahet̃ an illa episcopi vel illa curati:⁊ videtur in hoc ius ⁊ differentia in substantia.nam cũ secũda quarta veniat detrahenda de residuo non de aceruo integro circa qđ vide qđ dixi de testa. Raynutius in.ix. notabili illa erit minor que postea detrahetur.pone exemplũ legata sunt.lxxx. si ep̃s primo detrahet:sua quarta erit.xx. ⁊ de residuo scʒ de.lx.que restant curatus habebit quartã que erũt.xv. si aũt curatus primo detraheret contingeret econuerso. Jo.an. plene de hoc no.s̃.eo.certificari ad fi.in nouel.⁊ dicit ꝙ in hoc non est vis:q: episcop⁹ de quarta parochiali etiã quartam percipit.⁊ sic siue primo siue postea detrahat in idem recidit. Nam si scđo detrahens.xv.habeat vt dixi ab ecclesia sepulture de.xx. que primo habuit ecclesia parochialis habebit.v. ⁊ sic.xx. q̃ solum haberet si principaliter detraxisset ſm Jo. An.i.d.c.certificari.qui non bene considerauit vt ibi dixi in.vij.q. ¶ Septimo quero vtrũ iste canonice portiones debeant̃ episcopo et curato a quibuscunqʒ ecclesijs in quibus parochianus elegerit sepulturã.ad hoc respondeo ꝙ si tales ecclesie sepulture sunt intra diocesim non est dubium ꝙ debentur.vt.d.c.j.s̃.eo.cõiuncto.d.c.requisisti. Si vero ecclesia sepulture sit extra diocesim vel sit intra tamen exempta.tunc est differenria inter canonicam portionẽ episcopi et ecclesie parochialis.nam ad canonicam parochialeʒ tenẽtur ecclesie exẽpte.et etiã existẽtes extra diocesim:si i talib⁹ quis elegerit sepulturam sed ad ep̃alẽ non tenẽtur ecclesie extra diocesiʒ:nec exempte si apud eas fuerit electa sepultura ⁊ hoc dixi.s̃.eo.in nostra.i septima oppo.⁊.c.cũ sup eo.ti.hinc est quod predicatores et minores ad quartam parochialẽ tenẽtur.sʒ nõ ad episcopalem.vt.d.cle.dudum. Item de certis relictis priuilegiatis.de quibus.s̃.de testa.c.fi.non debetnr quarta ep̃o vt ibi. ⁊ tñ debetur de talib⁹ quarta parochialis.vt in.d.cle. ¶ Sʒ circa hoc.viij.quero vtrũ ep̃s ista canonica parochiali percepta de istis relictis priuilegiatis percipiet a curato quartã ep̃alẽ videtur ꝙ non quia istam percipit cuʒ curatus aliquid cõsequitur a defuncto vt.d.c.officij.et.c.requisisti.sed curatus percipit istaʒ quartã ex dispositione canonis.⁊ quandoqʒ contra voluntatem testatoris:vt preall'.iuribus. Preterea res priuilegiata semper durat priuilegiata:vt.c.fi.de priuile.⁊ non debet admitti ad id vna via a quo alia prohibetur:vt in reg.cum quid.⁊.c.tua.de ꝓcu.cum ibi not. In contrarium facit:quia ista quarta ep̃alis de mortuarijs ⁊ omnibus que obueniunt ecclesijs subiectis debet̃ vt.c.ꝯquerente.de off.or.⁊ de p̃scr.de quarta. Preterea priuilegium non dʒ egredi ad personam priuilegiatam.de priui.c.sane Sed si fratres non essent priuilegiati ab ep̃o tenerentur ad canonicam ep̃alem.priuilegium ergo eis concessum non dʒ extẽdi ad curatũ:quod esset si ipse de eo quod ab ipsis percipit non teneretur ad ep̃alem. Istam partem tenet.d. Fed.de se.consi.vj.dicit enim ꝙ ratione mutationis personaꝝ alteratur natura rei de urepa.c.j.j.eo.li.hoc etiam videtur tenere Jo.an.s̃.e.certificari vbi innuit ꝙ ep̃s petit quartam quarte quam ecclesia parochialis etiam cepit ab illo a quo episcopus nil recipere potuisset. Ad hoc allego quod no. Guil. in Spe.de immu.eccle.ad fi.contra ẽptores rerũ clericoꝝ q̃ nõ gaudẽt priuilegio clerici gaudeẽt.allego etiã ꝓ hoc casum in.l.cũ patronat⁹.de le.ij.vbi res existens cũ priuilegio penes vnũ si in alterum transferatur nõ trãsit cum eodem priuilegio.ad idem.l.paul⁹.al's ꝑ procuratorem. ff.de acqui.here.⁊ bono.col.l.j.§.antepe.⁊ ita dixi plenius.s̃.c. relatũ.plura alia de ista q̃rta parochiali ⁊ ep̃ali .dixi plene post d.m.d. P.de perusio in.c.officij.s̃.eo. vbi per questiones.viij. principales cum multis accessorijs istam materiam declaraui

1 ¶ Parochia in qua quis decedit quo ad sepulturam non non est inspicienda.
2 Sepeliri debet q̃s in ecclesia in qua elegit sibi sepulturam.
3 Mulier vidua retinet domiciliũ ⁊ honorẽ viri sui defuncti.
4 Mulier vidua decedens tumulanda est cũ vltimo viro.

Si qui habet. Partes patẽt . scđa ibi aliter ⁊ prima soluit dubium et solutionem moderatur ibi dũmodo. ¶ Not.ꝙ ista tria scilicet ciuitas castrũ et villa ponuntur hic vt diuersa ⁊ de diffinitione cuiuslibet scripsi.de rescrip.statutis.§.cum vo.⁊ per Jo.an.in.c.si ciuitas.de sen.ex.j.eo.li. ¶ Secundo no.ꝙ † quo ad sepulturã non inspicimus parochiã in qua quis decedit:sed in qua hʒ domicilium.lʒ enim q̃s ex causa ⁊ ad tp̃s se alio ꝯferat ibi tñ cõmorari p̃sumit̃ vbi hʒ domiciliũ.ad hoc.ff.de pig.l.debitor.⁊.l.ex facto. §.rerum.de he.insti.⁊ de ver.sig.l.malum.§.fi.⁊ inducit hic Jo an.ad.q.illius qui propter hostilitatem dyocesis currit ad ciuitatem vbi manet cum familia:⁊ durante hostilitate moritur electa sepultura.dicit enim quod ecclesia ville debet habere canonicam.⁊ non illa in cuius parochia decessit.non enim mutauit talis domicilium cum non habuerit animum ibi perpetuo manendi.quod requiritur in hoc ad munici.l.non vtiqʒ.⁊.l.domicilium.⁊.l.eius qui.§.penul.C.de inco.l.ij.⁊.l.ciues. Durante ita qʒ metu non dicitur habere animum mutandi domiciliuʒ.quod me.cau.c.j.⁊ qui dicit animũ mutatum id probet:vt ibi cum concor. Glo.pe.benefacit ad casum.ff.de dam.infect.l.si finita.§.si quis metu ⁊ de acqui.re.do.l.qua ratione.§.fi. Ponit etiam.q. de infirmo qui legauit centum monasterio sancti proculi.et ibi sepulturam elegit:deinde de alia parochia in qua morabatur se transtulit ad parochiam sancti Proculi ⁊ ibi decessit:ꝙ prima ecclesia habebit canonicam per.c.de his.s̃.eo.⁊ aduerte q: hoc c.⁊ iste proxime.q.probant ꝙ ex habitatione sola in vna parochia non queritur ius parochiale nisi concurrat propositum et voluntas ꝯstituendi ibi domicilium. Sed hic queritur quando queritur istud domicilium. lex dicit ꝙ quando per decem annos quis moram traxerit in loco:vt in.d.l.ij. C. de incolis Sed Jo. an.in.c.significauit.de paro.s̃.dicit ꝙ illa lex non seruat̃.⁊ ideo in p̃dicta.q.ꝯcludit h̃ arbitrariũ. Nam si in loco relicto oĩa vendidit ⁊ secũ q̃ hr̃e potuit asportauit ⁊ alio loco domiciliũ ⁊ possessiões emit p̃sumit̃ primũ domiciliũ reliquisse:⁊ elegisse scđm:ſm eũ.⁊ bene dicit.qñ em̃ quis recedit cum rebus suis de loco presumitur habere animum mutandi domicilium. vt no. Bar.in.l.assumptio.§.filius ad municip.⁊.l.predia maritima de fundo instr.⁊ vide qđ dixi in.d.c.significauit.quando possit quis esse sine domicilio.et ꝙ plura alia de quib⁹ aliqua.j.subdam. Pro clariori tamen intelligentia predictorum hic cadit.q do. Fede.de senis. Quidam puer de vna parochia habens ibi domum in qua pater habitauerat:et in ea habitans translatus est per matreʒ ad aliam parochiam qui postea ibi decessit:queritur si nõ habet sepulchrum maiorum in qua istarum ecclesiarũ debet sepeliri:vel si habeat que ex eis habebit plenariã partem et videtur ꝙ prima:quia ibi pater habebat domiciliũ. ergo. ⁊c. vt in isto.c.nec potuit infans illud mutare se alibi transferendo vt.ff.ad municip.l.placet.⁊.l.se.in constitutione enim domicilij requiritur nedũ factũ sed anim⁹.⁊ ista cessant i infante.vt.l.domicilium ad municip.cõiuncta.l.in negocijs.de reg.iur. contrariũ consuluit.d. Fed.dicit em̃ ꝙ non est arguendũ de iure parochie ad ius incolatus siue domicilij. In iure em̃ parochie consideramus presentem statũ alleg.s̃.e.in nostra.vbi vocatur ecclesia parochialis illa vnde forus assumitur ad idem.s̃.e.c.j. ibi audiuit diuina.⁊ ibi socij passionũ.⁊.c.de his.ibi salutis pabula ꝓ hoc. s̃.eo.c.pxi.ibi cum mercenario mercedis exhibitio debeatur.ex quibus etiã infert ꝙ si ꝓpter guerrã q̃s se transtulit ad aliã parochiã aĩo reuertendi ad primã guerra cessante : sed interim ibi decedat illa erit sua parochialis ecclesia.⁊ non illa dimissa.alle. pro casu.s̃.de parochi.c.fi.⁊ cle.cãm.de elec.ibi habitare cõiter consueuit. Idem dicit in mercẽnario famulo ⁊ nutrice:qui i aliena parochia seruiunt.illi em̃ sacerdoti debebunt confiteri ⁊ decimas personales soluere ⁊ non in sua.xvj.q. j.questi. Facit qđ no. Jo.de peni.di.vj.placuit:vbi dicit ꝙ scolaris dicitur parochianus illius ecclesie:vbi habitat. Ex quibus ꝯcludit ꝙ ille dicitur parochianus q̃ habitat in parochia aĩo manendi.lʒ nõ aĩo domiciliũ constituendi.ita ꝙ sit ibi vere translatus non iuris fictione:siue audiuerit diuina siue non.ideo dixi animo manendi propter istud.c.vbi nõ aĩo manendi:sed recreationis cã se ad illã ꝯtulit. Jõ dixit nõ iuris fictiõe.vt excludat domiciliũ iuris puta paternũ vel originis vel presumptũ ⁊ beneficij:siue audiat diuina siue nõ. Ideo dictũ est q: si parochianus non visitat ecclesiã suam sicut deberet:vel stetit tam breui tp̃e ꝙ curatus nullum laborẽ sustinuit debebit tñ habere canonicã portionẽ,vt sic

ista verba audire et percipere referantur ad adptitudinem non ad actum id est ꝙ percipere potuerit si voluisset cum curatꝰ quotidie officia celebrauerat vt in simili no. de baptismo maiores. ⁊ l. labeo. de statu lib. ad hoc facit quod no. Arch. de peregrino q̇ debet sepeliri in ecclesia in qua defunctꝰ est per. c. ecclesias. xiij. q. j. per ista redditur dubia decisio Jo. an. in eo ꝙ. s. dixi de illo qui propter hostilitatem fugit ad ciuitatē. ⁊ ibi in aliqua parochia cum familia habitans decessit alibi electa sepultura nã ꝭm eum ecclesia ē ville. sed ꝭm. d. Fed. ecclesia in cuius parochia moritur habebit canonicam. cuius opi. sequor quando guerra erat verisimiliter duratura. Secus si per transitum alicuius excercitus siue societatis transeuntis hostiliter per comitatum contulisset se ad ciuitatem. tunc. n. est verior opi. Joan. and. naʒ primo casu venit animo cōmorandi. in. ij. non. ¶ Tertio no. ꝙ ille qui non electa sepultura decedit non in parochiali sed in ecclesia in qua sepulti sunt maiores ipsius ab antiquo debet tumulari: et hoc intelligo verum quando illa ecclesia habet ius sepulture de iure communi. non enim omnes ecclesie habēt illud ius funerandi: sed ille que habent populum vel priuilegiū. super hoc facit quod no. Jo. an. de cle. non resi. c. quia nonnulli. ⁊ dixi plene in. c. certificari. s. eo. Si vero ecclesia in qua sunt sepulti maiores ipsius non habet ius funerādi de iure communi: sed priuilegium quod possit recipere illos qui apud eos elegerint sepeliri. et maiores vltimi decedentis eligerent ipse vero vltimꝰ nulla facta electione decessit an ibi vel in parochiali debeat sepeliri: questio est Lap. ⁊ primo arguit ꝙ apud parochialem'. vt hic et preallegꝫ. c. ecclesias. xiij. q. ij. in contrarium arguit quia licet ipse non elegerit est tamē sibi a iure dicta sepultura electa. ⁊ hāc partem tenet si illi nituntur ex priuilegio tenoris de quo dixi. secus si per prescriptionem haberet ius predictum. Ad primum allegat quod no. Jo. an. s. e. ī nostra in glo. si quis elegerit post prin. vbi idem intelligas. Pro scdo alle. de dona. cū dilectus. ⁊ de deci. ex parte. ⁊. c. cū contingat cum ibi no. ¶ Circa illud etiā quod hic dicit̄ ⁊ in multis locis ꝙ quis debet sepeliri in ecclesia in qua elegerit sepulturam vel in qua sunt sepulti maiores. Et vtrum in parochiali. Querit ipse si quis laborans in extremis commisit electionem sepulture cuidā: ⁊ mortuus est priusꝙ̄ ille eligeret: an possit eligere postea primo arguit ꝙ valuerit commissio: et electio per. c. cum tibi de testa. ⁊ de verbo. sig. cum tibi. et de regu. iur. potest quis. ⁊. c. qui per alium In contrarium arguit ꝙ talis commissio vt in certa non tenuerit. licet qualitas sepulture committi potuerit facit quod no. in. d. c. cum tibi. et. c. j. s. eod. lib. de procura. et posito ꝙ committi potuerit expirauit morte cōmittentis. xviij. q. ij. dudum. ⁊ de offi. deleg. c. licꝫ. et hāc partē tenet scꝫ ꝙ posito ꝙ tenuit cōmissio: tñ postꝙ̄ nō elegit viuente illo q̇ cōmisit: cōmissio expirauerit eius morte: ⁊ statim cū decessit ius sepeliēdi quesitū fuit ecclesie apud quā sepeliri debebat. qd̄ ius quesitū tolli nō potuit facto alterīꝰ subsequēte. vt. c. ab eo. s. eo. lib. de elec. ⁊ cle. ꝯstōnem eo. ti. ⁊. l. si post mortē. §. fi. ff. de cōtratab. Iteʒ vt ꝑiudicet̄ ecclesie apud quā debebat sepeliri requiritur ꝙ in vita elegerit alibi sepulturā. ⁊ ille modus loquendi est oīm iuriū. Sed aliud est electionē sepulture cōmittere: aliud eligere sepulturā. allegat no. per eū. s. eo. lib. de ꝓbē. si apostolica. Non ob. ꝭm eum ꝑ alle. c. cū tibi. q: loquunt̄ eo casu cum priuilegio derogat̄: hic aūt derogatur iuri cōi. q: per taleʒ cōmissionē sepeliat̄ ergo apud parochialē ecclesiā vel suoꝝ maiorum. ꝑ istud. c. ⁊. c. s. ⁊. j. proxi. ꝭm eum. Ista decisio nō videtur mihi bona: q: mandatū debet explicari vel saltē inchoari in vita mandantis. Tñ hoc fallit cū mandatū sumit initiū post mortem testatoris. sicut est mandatū sepulture. vt no. in. l. mandatuʒ C. manda. in fi. glo. mag. ⁊ q̄ allegat casuʒ in. l. si vero. §. fi. ff. mā. Item electione alicui cōmissa in testamēto si eligat post morteʒ testatoris videt̄ noīatim noīatio ipsa facta in testamēto. tex. est in. l. vnū ex familia. §. j. ff. de leg. ij. Ad hoc qd̄ no. in. l. institutio. talis. ff. de cōdi. insti. Item dispositio hoīs super sepultura accedit ad materiā vltime voluntatis non dispositionis inter viuos vt dixi. s. eo. c. j. in quarto notabili. ver. Item querit̄. ergo reintegra talis dispositio nō finitur morte. sed magis confirmatur. vt. l. cuʒ marthe. de celeb. mis. ¶ † Quarto no. in. §. vidua. ꝙ mulier vidua retinet domiciliū ⁊ honorē viri sui defuncti cōcor. ff. ad municipa. l. filij. §. j. vbi dicit̄ ꝙ vidua tenet domiciliū viri defuncti ⁊ ipsius dignitatē donec alteri nupserit. videt̄ enī stare ī primo matrimonio dū est vidua: vt. l. iij. C. de bo. mater. ⁊ in aut̄. de non eligendo scdo nubentes post prin. ⁊ no. Bar. in. d. l. filij. §. vidua ad municipa. ⁊ si ista cōsequitur ex persona viri defuncti. multomagis viuentis: vt. l. femine. ff. de senato. ⁊. C. de dig. l. mulieres. Sed hic quero vtrū mulier nupta efficiatur ciuis ciuitatis viri vel incola tm̄. ⁊ videtur ꝙ incola. q: nulla. l. cauetur ꝙ sit ciuis. Glo. tñ in. l. ciues. C. de incol. videt̄ dicere ꝙ sit ciuis qd̄ tenet Bar. in. l. fi. ad municipa. Argu. eius qd̄ dicit̄ de filio adoptiuo in. l. j. eo. ti. ⁊ q: efficit̄ vna caro cū viro. Sꝫ restat du[bium] an desinat esse ciuis ciuitatis sue originis. videt̄ ꝙ nō: q[:] origo mutari nō pōt: vt. l. assumptio. in prin. ad municipa. Sic determinat gl. C. e. l. originē. qd̄ videt̄ ꝓbari in. l. cū quedā pu[el]la de iurisdi. om. iud. ⁊. C. de mulier. ⁊ in quo loco. l. j. li. x. si enī [in] loco originis nō pōt cōueniri nec vocari ad munera vel honores nō vr̄ ꝙ remaneāt ciues sue ciuitatis: ⁊ īducit Bart. hoc [a]q. Statuto cauet̄ ꝙ forēsis nō possit in territorio emere īmo[bi]lia. vtrū mulier inde oriūda alibi nupta emere poterit. vr̄ ꝙ no[n] ꝑ iam dicta. ꝯtrariū tenet Bar. in. d. l. fi. ad municipa. dicit en[im] ꝙ mutat originē ꝙ̄tum ad oīa ꝓpter q̄ persona mulieris pos[sit] diuerti ⁊ separari a seruitio viri: qd̄ est si vocaret̄ alibi ad mun[e]ra vel honores: vt in iudicio ꝙ̄ in domicilio viri: quātū vero [ad] alia nō mutat originē. vt. d. l. assumptio. Sic̄ dicimꝰ in liber[ta] nupta volūtate patroni q̄ remanet liberta. nō tñ quo ad oper[as]. Concludit ergo ꝙ possit emere: ⁊ ꝙ occidēs eam puniatur tā[quam] occidēs ciuem: ⁊ gaudebit alijs priuilegijs ciuium: ⁊ ita scrip[si] s. de parochi. c. significauit in. v. q. vbi idē qd̄ in nupta dixi in [de]sponsata ꝑ verba de p̄nti per. l. ea q̄ desponsata. ⁊ ibi. no. ad m[u]nicipa. ⁊ circa sponsam. vide qd̄ dixi in. c. ex publico de ꝯuer. c[on]iug. ī. viij. notabili. ¶ † Vltio no. ꝙ mulier [a] vidua decedēs [tu]mulāda est cū vltimo viro. ⁊ hoc qñ vir ꝑdecessit q̇d ergo si p[ri]ipsa morit̄ ꝙ̄ vir. dicit Lap. ꝙ sepeliet̄ in ecclesia in qua vir p[ro] se elegerit sepeliri nisi enī pro se elegerit non posset eligere p[ro] vxore. vt. j. c. ꝓhi. facit qd̄ no. s. eo. de vxore in glo. pe. ⁊. c. in [fi.] in glo. ij. Si aūt maritus nō posset eligere sepulturā q: deme[ns] vel longe absens vel nō eligit. Tunc enī ꝭm eū debet sepeliri v[bi] deberet maritus si decederet nō electa sepultura. s. in parochi[a]li. vel vbi maiores ipsius viri sunt sepulti: ꝙ si ibi nō possit. sepelietur vbi cōmode poterit cū necessitas nō subsit legi. de ꝯseci. di. j. sunt etiā alij. ⁊ de consue. quāto. ¶ Quero post Joā. an[. in] nouel. an qd̄ hic d: de muliere vidua ꝙ debet sepeliri cuʒ vlti[mo] viro habeat locū si mortuo viro reuersa sit ad domū parentu[m]. ¶ Quidā ꝙ sic q: l. filij. §. j. simpl'r dicit ꝙ retinet domiciliu[m ⁊] honores viri sui. Ego. cōtra. vij. q. j. sicut el. ij. Nam redeūdo [ad] domū patris ⁊ relinquēdo habitationē mariti tacite renunc[iat] iuribꝰ ⁊ honoribus ex ipsius ꝑsona vel ex matrimonio sibi cō[pe]tentibus. ⁊ ꝑinde est ac si renunciasset expresse. ff. si cer. pe. l. c[um] q̇d. ⁊ de his que fi. a ma. par. ca. ex ore. in cōtrariū facit qd̄ est [di]ctum ꝙ vidua retinet nomen ⁊ dignitatē viri defuncti. ⁊ ꝙ vr̄ [in] eodē matrimonio perdurare. vt in aut̄. de nup. §. soluto. Itē i[l]le bn̄ficiū mulieris ꝙ teneat honores mariti nō loco habitationis sed persone tantum est datū ergo non debet vidua induci [ad] discrimen ex differentia locorū. C. de tēp. in integ. resti. l. supera[c]uā. l. si vltra mediū. C. de prescri. lōg. tēp. ¶ Scdo quero p[os]t glo. ij. auus. ⁊ ꝓauus. et alij ab antiquo sepulti sunt in vno lo[co] pater elegit sepulturam in alio et ibi sepultus est vltimo decedit filius non electa sepultura q̄rit̄ an cū patre vel in sepulchro maiorum debeat sepeliri. Glo. tꝫ ꝙ in sepulchro maiorū In nou[el.] dicit ꝙ si ꝓauus auus et pater sepulti sunt in diuersis locis i[s] vltīo decedens nō electa sepultura sepeliri dꝫ cū p̄re. auita en[im] ⁊ suꝑiorum sepultura vel origo nō dꝫ inspici al's oporteret querere agrum damasenū vbi est ortus Adam quod esset absurdū vt no. ad municip. l. assumptio. Item sicut ex vnione carnis v[xor] consepelitur viro. vt. j. c. proxi. sic ex eadem vnione eo casu filius consepeliri debet patri. xxxv. q. vj. §. pe. in prin. vbi vna caro [di]batur pater. et filius. et lex dicit ꝙ fere vna persona intelligit̄ vt. C. de impu. ⁊ ali. sub. l. fi. facit. s. de consan. ⁊ affi. c. tua. ⁊ dicit Jo. and. hoc sibi placere. lꝫ quibusdā videatur ꝙ ex quo deficit sepulchrum maiorum fortius sit ius ecclesie parochialis. vt [i]c ⁊. j. eo. ꝓxi. Ego horū gratia hic subijcio. q. Oldr. quā posuit s. eo. c. j. que talis est. Quidā q: īpubes vel aliter ītestatus decedens nihil disposuit de sepultura. pater ⁊ auꝰ apud ꝑdicatores superiores vero in parochiali ecclesia sunt sepulti. modo queritur. vtra istarū ecclesiarū debeat in istius sepultura preferri. arguit ꝙ parochialis et cōcludit pro illa ꝑdicatorum dicit. n. q[ui] cu[m] se habet domiciliū in viuētibus sic se hꝫ ius funerādi in defunctis. xiij. q. ij. vbicūqꝫ. Sed in domicilijs viuētiū sic est ꝙ filius originale ⁊ immediatum domiciliū patris seq̄tur. ⁊ nō aliorū [su]periorū: al's oporteret querere agrū damasenuʒ vt dixi. Preterea quanto magis causa ꝓximior est: tāto magis influit ⁊ pot[ius] s. causatū maxime ꝭm iuristas qui proximam cuiusqꝫ rei caus[am] attendunt. ff. de excep. rei iudi. l. cum de hoc. ⁊ de condi. ob cā. l. pe. ⁊. ff. rerum amo. l. si mulier. sed constat patrem ⁊ auum ꝓximiores esse ad hunc de quo queritur ergo ⁊c. Preterea ista c[on]iunctio in sepulchro aut ex quadā affectiōe aut ex q̄dā sanguinis charitate descēdit. sicut pōt colligi ex his que dicuntur. xiij. q. ij. c. [de] hebrō. sed ꝯstat maiorē affectionē vigere inter filiū ⁊ patrē: ⁊ [ne]potem ⁊ auum ꝙ̄ inter remotiores. ergo ⁊ maior erit ⁊ ī tumulando ꝯiunctio. vt sicut durū est ipsoꝝ viuentiū seꝑatio. sic sit et [in]

defunctoꝝ

[a] ¶ Mulier Adde tex. in. c. de vxore. d̄ sepul. ⁊ ī. c. ebr̄ū. xiij. q. iij. ab bas. ī. c. is apl'ice. de dona.

defunctoꝝ.vt.ff.de edili.edic.l.plerićꝫ.⁊ de fun.inst.l.quesitum. §.vxori. Preterea id debet de iure seruari quod verisimile ē legislatorē vel priuatum vel testatorē dispositurū fuisse si ei id de quo queritur occurrisset.vt.ff.de codicil.l.qui graui.⁊ de pac.l. tale pactū.§.fi.⁊ consonum est rationi id sequi quod est verisimile defunctum si testabilis vel si testatus fuisset electum fuisse:sed verisimile est filium pretulisse sepulturam patris ⁊ aui sepulchro maiorum.q: in his que ex affectione et sanguinis charitate descendunt proximior quisćꝫ primo loco videtur inuitat⁹.vt.l.pe. §.fratre.de leg.ij.⁊.C.de fideius.cum acutissimi. Preterea sepulchrum maioꝝ descendit in posteros ex ꝑsona patris vel aui. .ff.de colla.bo.l.dedit dotē.sed per electionem alterius sepulture patris vel aui īpeditus est descensus: qd̄ est extraneū.ff.de questio.l.a diuo pio.marcho.⁊de natura.liber.l.fi.superioribus cum iste post ipsoꝝ mortem conceptus agnat⁹ vel cognat⁹ nō sit.vt sumitur ex.l.ticius cum duab⁹ sequē.de suis ⁊ leg.⁊.ff.vñ cognati.l.j.§.fi.⁊ istis rationibus cōcludit Oldra.ꝑ ista parte xxiiij.⁊aduertendum q: glo.vt dixi format.q.cum pater in vno cor:auus ⁊ progenitores in alio in nouel.cū proauus auus ⁊ pater.in diuersis locis. Oldra.cum pater ⁊ auus in vno: superiores in alio. Et ex decisione glo.in.q.sua.⁊ Old.in sua posset inferri ꝙ sola sepultura patris etiam vbi quis non habet sepulchrum maiorum non debet attendi quo ad filiuꝫ qui decessit ea non electa.c.cum primum.s̄.eo. ⁊ alia iura loquuntur de sepulchro maiorum quod non verificatur in sepultura patris. vnde forte Oldra.formauit.q.de sepultura patris ⁊ aui copulatiue quasi solius aui vel solius patris non dicatur sepulchrum maiorum.⁊ sic forte opinio illorum qui tenent ꝙ in ecclesia parochia non in sepulchro patris tantuꝫ debeat sepeliri:qui decessit nō electa sepultura magis posset de iure defendi. quia pro ea facit ius commune.s̄.eo.sed pro ecclesia sepulture patris tantuꝫ nullum ius facit. ¶ Quid dices si pater ⁊ auus quia forte mercatores decesserunt in partibus alienis an filius decedens nō electa sepultura sepelietur in sepulchro maiorum ꝟm vltimaꝫ rationem Oldra.videtur ꝙ non. quia post ipsorum mortem conceptus non est eis cognatus vel agnatus.nec ex ꝑsona patris vel aui.tale ius descendit in eum quia alibi sunt sepulti.contrariū credo quia tex.in.c.j.s̄.eo. refert se ad sepulturam maiorum ab antiquo.vnde istud ius descēdit a genere non a patre ⁊ auorum ex quo infero ꝙ licet quis abstineat a paterna hereditate succedit tamen in iuribus sepulchrorum ⁊ a iure agnationis ⁊ iure succedendi. In talibus enim factum patris non minuit ius filiorum.vt.l.eum qui.⁊ quod ibi per Barto.ff.de interdic. ⁊ rele. ⁊.l.iurisiurandi de bo.liber.§.si liberi.⁊ quod legitur ⁊ nota. l.diui fratres.ff.de iurepatro.facit.l.sine emptione.ff. de mi. ¶ Tertio quero post Joan.and.in nouel.de foro iudiciali. sequatur quis forum originis auite vel paterne non firmat. sed remittit ad Cy.C.de.iurisdi.om.iu.l.ij.⁊ad Spec.de com. iudi.adi.§.j.ver.lxij.vbi dicit ꝙ quis sortitur forum ratione originis paterne quo ad honores et tutelam:vbi etiam quo ad facultatem conueniendi dicitur ꝙ ratione paterne originis nō potest aliquis conueniri. Ratione autem proprie ex contractu ibi inito an possit conueniri. Refert ibi Accur. tenere ꝙ sic. ꝓ ꝙ non.et iura que videntur contradicere intelligūtur quo ad honores et munera ꝟm eum. Bart.plenius hoc examinat in l. assumptio.ff.ad municipa. Et ponit circa hoc.iiij opin.⁊ post has sic distinguit.aut loquimur de muneribus personalib⁹. aut de honoribus.aut de iure conueniendi.aut de patrimonialibus. primo casu necesse habet illa subire ratione proprie originis vel paterne.vt.l.libertis.§.prescriptio.ff.ad municipal.⁊.C.de incolis.l.ciues.⁊.C.de mu.⁊ hono.l.fi. Secundo casu cuꝫ loquitur de honoribus dic ꝙ idem scilicet ꝙ in loco originis ꝓprie vel paterne:vt.ff.de senator.l.penul. Idem in tertio casu cuꝫ scꝫ queritur de iure conueniendi:vt scilicet possit conueniri in vtroque foro:quod est verum si in loco paterne originis reperiat̄ alias non:vt.ff.de iudic.l.heres absens primo rñso. Quarto casu cuꝫ queritur de muneribus patrimonialibus certum est ꝙ tenetur illa subire.illa vbi.habet bona:vt.ff.de cēsi.l.forma.§.si vero quis. ⁊ de mune.⁊ hono.l.pe.§.patrimoniorum.

1 ¶ Sepulturam quis sibi eligere non potest ante.xiiij. annū. Pater non potest de iure filio eligere sepulturam.

2 Consuetudo potest tribuere ius patri vt eligat sepulturaꝫ filio impuberi.

3 Impuberes de iure cōi sunt tumulādi cum suis maioribus.

4 Filiusfamilias sine consensu patris. nō pōt ꝓ anima iudicare.

LIcet pater. Due sunt partes. secunda ibi ꝙuis. ¶ † No.ꝙ ante quartū decimū annum non potest quis sibi eligere sepulturā Sicut nec testari:nec profiteri:nec matrimonium regulariter cōtrahere:nec alteri obligari:vt.l.a qua etate.ff.de testamentis.⁊.s̄.de regulari.vt.c.j.⁊ de despō.impu.c.impuberes ⁊ insti.de inutil.stipu.§.pupillus.facit.l.in negocijs.ff. de regu. iu.

2 ¶ † Secundo no.ꝙ pater non potest de iure filio impuberi eligere sepulturam cuius contrarium tenebant Uincē. Lau. ⁊ Hoff.ea ratione:quia ei poterat testari insti.de pupil. substi.§. liberis. Item expense funeris filij spectant ad patrem.ff.de in rem ver.l.filius. Item pater substituit filio etiā in bonis maternis.ff.de vul.⁊ pupil.l.j.⁊ hoc placuit etiam Host.in summa huius ti.in prin.contrarium hic videas decisum.

3 ¶ † Tertio not. ꝙ consuetudo potest tribuere istud ius patri vt eligat sepulturam filio impuberi. Sed dices hec consuetudo est cōtra ius cōe quo iure distincta sunt loca sepulchroruꝫ. Sol.dicit Joā.an. in nouel.satis est ꝙ ius assistat de quo plene per eum.s̄.de consuetu.c.fina.super glo.penul.vidi inter cōsilia Federi.reuocari.in dubium an consuetudo de qua hic loquitur:debeat intelligi de prescripta vt sic preiudicet iuri scripto.videtur ꝙ non .naꝫ si deberet intelligi de prescripta non fuisset necessarium in casu hoc facere specialem mentionem:sicut nec in alijs materijs in quib⁹ consuetudo prescripta superat ius cōe:⁊ qñ vult iuris lator intelligere de prescripta:hoc exprimit.s̄.eo.li. de consue.non est. contrarium tenet do.Federi.consilio.lxxvj.dicit enim ꝙ doc. videntur intelligere istum tex.de consue.xl.ann.⁊ ꝙ aliqualis titulus dederit causam consuetudini inducende quod apparet vt ipse dicit per iura que allegant. nec est necessarium ꝙ nomine consuetudinis non debet intelligi de prescripta.nam immo debet vt colligitur ex.c.cumana.s̄.de electio. Nam in princip.illius.c.fuit allegata ⁊ protestata consuetudo:et quia non fuit probata prescriptio profuit. ¶ Quarto not.ꝙ dicit illius terre ⁊c. nam secundum Johan.and.colligitur ꝙ vnius terre vel loci cōsuetudo in alio nō preiudicat remittit ad no.xij.dist.illud. Idē hic Archidia.⁊ Lap.⁊ Fed.in.d.consilio.dicūt ꝙ debet esse generalis consuetudo terre non particularis ad hoc vt tollat̄ ius commune quo dicitur impuberes sepeliri in ecclesia parochiali vel maiorum:vt hic.

4 ¶ † Quinto nota ꝙ impuberes de iure communi sunt tumulandi cum suis maioribus vel in parochiali ecclesia.⁊ cum predicto modo alternatiue loquatur. Querit glo.cuius erit electio.ponit opi.⁊ tutius est:vt dicit ordinē scripture seruari. Idem Archid. Jo.mona.vt refert hic in nouel.variat.⁊ in additio.dicit parochialem potiorem:vbi decedit in parochiali. Si alibi sec⁹ vt hic.⁊.s̄.c.pri. Mihi placet opi. Joā. and.vt in ista alternatiua posita hic inter loca in quibus cadit affectio ordinata inspiciatur ordo scripture: sicut contingit in personis alternatiue nominatis in testamento. vt.l. cum pater. §.penul.de lega.ij. Maior autem est affectio ad sepulchruꝫ maiorum ꝙ̄ ad parochialem ecclesiam in iure funerandi:quod patet:quia iura illam ecclesiam sepulture maiorum preferant parochiali.c.j.s̄.eo. ⁊ sicut maior quando non eligit sepelitur ibi ita ⁊ minor qui non potest eligere ex defectu etatis. Idem si aliter impeditur. puta dementia vel furore. ¶ Sexto nota. in.§. quamuis ꝙ filiusfami.absćꝫ patris consensu potest sibi eligere sepulturam. Non obstat ꝙ non possit testari: vt sequitur. ⁊ institu.qui.non est per.fa.te.in princi.⁊ de donatio.l.filiusfami.loquuntur enim de rebus temporalibus. In ecclesijs autem ⁊ spiritualibus secus in quibus sui iuris esse censentur de regula.c. cum virum.⁊.s̄.eo. de iudic.si animum. Cum ergo sepultura sit quid spirituale.xiij.q.ij.questa.cum tribus .c. sequen. de symo. suam cum concor.poterit filiusfamili.illam sibi eligere sicut paterfamilias ꝟm Joan.andr.post Archidia. quibus adde quod dixi in.c.cum.c.laycus.s̄.eo.li.de foro competen.⁊ dicto.c. si animum.

5 ¶ † Septimo nota ꝙ filiusfamili.sine patris consensu nō potest pro anima iudicare ⁊ in vltima voluntate relinquere ꝟm glos.a contrario ergo sensu de voluntate patris poterit pro anima relinquere in qualibet vltima voluntate cuius plures sunt species.vt dixi.s̄.eo.lib.de testamen. in rubrica. Et sic pro anima poterit testari ⁊ codicillari de consensu patris. Quod an sit verum est dubium apud quosdam pone in facto comitius filiusfamilias reliquit de consensu ⁊ voluntate sui patris centum pro anima sua:an valet istud relictum domi. Federi.consi.cclxxxiiij dicit ꝙ quomodo intelligatur istud verbum iudicare glos. non aperit sed exponit ⁊ in vltima voluntate relinquere.legiste vt dicit exponunt.i.causa mortis donare.non debet eniꝫ hic sumi. argu.a contrario sensu.s. ꝙ pro anima possit in qualibet specie vltime voluntatis relinquere.cessat enim istud argumentum vbi contra reperitur iure cautum.vt.l. conuenticulam.C. de episco. ⁊ cleri.⁊.l.ij.C.de condi.inser.⁊ hoc tenet dominus Bal.in.l.habeat.C.de sacrosanc.ecclesi. Federi.ibi dicit al's se scripsisse ꝙ canonica simplicitas de hac subtilitate non curat cum relictum pro anima sit ad pias causas in quo multa sunt specialia ⁊ tex.

huius lib. vj. non consueuerūt esse obscuri. ⁊ bonifa. vsus est verbe iudicare generaliter. Item si intelligeretur tantum de donatione cā mortis. istud. c. qđ videtur velle aliquid specialitatis īducere in relictis pro anima seruiret nobis de nihilo. cū filiusf. possit cuilibet extraneo donare causa mortis cū cōsensu patris vt no. in. l. qui in potestate. ff. de testamētis. Preterea si regula ē dubia de quibus intelligatur declaratur p exceptionē. vt. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino triti. ⁊ ole. le. sed hic excipit castrense vel q̄si de quibus sine patris cōsensu oēm vltimam voluntatē potest ordinare. in consilio tamē. cclxxxviij. dicit ꝙ lꝫ sic sibi videatur tamē non auderet cōsulere propter id qđ Jo. an. dicit hic in nouel. nam expositionē quā facit de verbo iudicare. ⁊ in vltima voluntate relinquere in nouel. declarat dum dicit non tamen in testamento super quo remittit ad no. per euꝫ. s̄. eo. lib. de testa. in prin. vbi dicit ꝙ etiā patre pmittente testari non potest: q: testamentū est publici iuris: ⁊ nō debet pendere ab alterius potestate. vt. d. l. qui in potestate. Et aduerte q: si non pōt testari cū cōsensu patris pro aīa vt vult Joā. an. ergo nec in alia specie vltime voluntatis relinquere. vt. l. sciendum. ff. de leg. j. ⁊ sic remanemus in opi. legistarū ꝙ istud. c. intelligatur ꝙ possit iudicare p anima de consensu patris ti. donationis causa mortis. ⁊ differt in pluribus a legatis ⁊ fideicommissis vt insti. de dona. §. est et aliud. ⁊ dixi in. d. rubrica de testamentis. ⁊ sm hoc istud. c. prout dixi. s̄. in nihilo seruit aīe. q: sic posset etiam cuicunqꝫ relinquere. qđ videtur durum. durius tamen ꝙ per argumentū a contrario sensu corrigantur leges. ⁊ in casu in quo per tale relictū pro aīa de consensu patris non preiudicaretur nisi ipsi. puta qui cōsentit posset ista simplicitas de qua loquuntur Fede. ⁊ Host. tolerari. sed q: ad bona aduentitia filij nō valentis testari veniūt cum patre mater ⁊ fratres. vt. C. ad tertul. autē. defuncto ꝙ sol⁹ consensus patris accōmodatus filio relinquēti pro aīa nō possit p̄dictis sibi in successione equalibus p̄iudicare sicut nec illi sibi: non est simplicitas: sed equalitatis obseruantia inter pares ⁊ coniunctos: grata legibus. vt. l. fi. C. de fruc. ⁊ lit. expen. ⁊. l. cū pater. §. libertis de lega. ij. ⁊. l. in sacris. C. de proxi. sacro. scri.

¶ Octauo no. ꝙ filijfami. qñqꝫ habēt peculiū castrense vel quasi. ⁊ in istis possunt indistincte testari. vt. l. fi. C. de inoffi. testa. et ibi habes quod dicitur castrense vel quasi. Nam castrense dicit̄ quod queritur in castris militando vel militie occasione ⁊ est titulus. ff. de castren. pec. per totum. Peculiū quasi castrēse est qđ querit filius ex publico officio vel aduocatione. qđ dic vt no. d. Bal. in. l. fori. C. de aduo. diuer. iudi. vbi querit vtrū sicut ex aduocatione ita procuratione reputetur quasi castrense. Tenet ꝙ non: q: tale officiū est vilissimū. ⁊ non publicum sed priuatum. insti. de excep. in fi. ⁊ ideo talis questus dicitur peculiū aduenticiū non autē quasi castrense. Quid in salario assessorum dicit ꝙ est quasi castrense. vt. l. velut. C. de assesso. sm Bart. ⁊ glo. Quid in salarijs tabellionū credit ꝙ cū gerant officiū publicū autoritate ⁊ vtilitate ꝙ dicatur peculium quasi castrense: ⁊ queratur eis pleno iure presertim si gerant officiū cum dignitate. puta est notarius in curia principis. vl' prothonotarius pape. Et est aliud peculium quod vocatur aduenticiuꝫ quando filiusfami. ex alijs causis q̄ publicis sibi querit. puta ex prospera fortuna artificio vel liberalitate aliorū. Et in isto filiusfa. hꝫ proprietatē ⁊ dñiuꝫ ⁊ pater administrationē ⁊ vsufructū in vita sua: vt. l. cuꝫ oportet. C. de bo. que liber. ⁊ in talibus sic quesitis filij non possunt facere testamentū etiam cū consensu patris: vt. l. penul. qui testa. face. pos. ⁊ qđ no. in. l. j. §. in filijs ad trebel. Fallit sm Lap. in clericis qui lꝫ sint in potestate cōstituti: tamen in eis possunt testari. vt no. xix. q. vltima si qui ingredientibus in glo. ij. ⁊ in Spec. de instru. edic. §. porro. in fi. forme. ⁊ no. eo. ti. §. compendiose. §. vij. Et vide qđ dixi post Hosti. de testa. q: nos. Est aliud peculium qđ vocatur profecticiū qđ proficiscitur a patre vel eius occasione. puta dat filio pecuniaꝫ: vt negocietur ⁊ lucretur: ⁊ ī isto quicquid querit filius querit patri qui etiam obligatur ex contractibus ipsius filij superinde confectis peculiotenus. i. quatenus est in peculio: vt. C. ⁊. ff. de peculi. per totū. ⁊ circa hoc vide ꝙ no. in. l. cum oportet: prealleg. vbi quid iuris si filius mortuo patre reperitur multa quesiuisse: ⁊ fratres dicunt ea esse cōia tāq̄ acquisiuerit de pecunia patris ⁊ de bonis ipsius. Ipse v̄o dicit sua precipua tanq̄ quesita ex industria ⁊ prospera fortuna. Quid in dubio presumatur dic vt ibi habes ergo nota ex predictis ꝙ multiplex est peculiū. Nam aliud est castrense. aliud quasi. aliud aduenticiū. aliud profecticiū: vt ex p̄dictis pꝫ. de istis ⁊ alijs generibus peculiorꝫ. vide p Host. in sum. de pe. cleri. ⁊ plenius in Spe. de actore. §. ij. ver. Item qđ agit de peculio ⁊ se. et ibi per Jo. an. in additionibus. Sumitur aūt peculium multis modis vt no. ff. de peculio. super rubrica ⁊ dixi. s̄. de pecu. cleri. in rubrica.

1 ☞ Monachi apud sua monasteria sunt tumulandi.

2 Monachi sepulturā sibi eligere non possunt.

Religiosi. Ponit dictum cuius rationem interserit ibi cū velle: ⁊ exceptionē p̄mittit ibi nisi. ¶ † No. ꝙ monachi sunt apud sua monasteria tumulādi cū eñ quilibet debeat sepeliri vbi debet audire diuina ⁊ pcipere sacramenta: vt. s̄. c. proxi. ⁊ monachus in suo monasterio p̄dicta cōsequitur vt in cle. ne in agro. §. sane. de statu. mona. g̊ ⁊ ibi debet sepeliri sm Joan. and. post Archidia. ¶ † Secundo nota ꝙ ideo non possunt sibi eligere sepulturam: quia non habent velle vel nolle concor. xij. q. j. non dicatis. ⁊. s̄. eo. li. de testamen. c. fi. descendit enim electio a libero arbitrio quod cessat vbi cessat libertas: ut c. vbi periculum. §. ceterum. s̄. eo. lib. de electio. Sed quid dicis si testator legauit in genere vel alternatiue monasterio vnuꝫ ex sertiis quem monachus elegerit vel monachus stipulatus sit [...]chum aut pamphilum vel vnum ex pulribus quem elegerit. videtur ꝙ non possit eligere vt hic. In contrariuꝫ videtur textus in l. fi. ff. de verbo. obliga. ⁊. l. si stipulatus fuerit. ff. eo. ti. Bartolo quens in seruo ⁊ filio quibus competit ius eligendi. vtrum possint eligere sic distinguit: quia aut habent potestatem eligendi ex sua propria opa ⁊ prouisione: ⁊ tunc possunt ipsi eligere: vt. l. fi. ⁊. l. si stipulatus fuero: quod patet quia tali casu posset sibi bere solui: vt. l. quod seruus. ff. depositi: ⁊. l. si vnus in princi. ff. de pac. Quandoqꝫ hoc habēt ex prouisione alterius puta ex testamento vel aliter: ⁊ tunc aut est optio. aut est electio in alternatiuis. Primo casu non possunt eligere sine patris vel domini iussu: vt. l. Julianus de lega. j. ratio: quia optione legata nihil est in obligatione cum optio sit magis ius querendum q̄ quesitū. vnde non transit in dominium nec per filium vel seruum potest explicari sine iussu. Sicut dicimus in. l. qui aliena. de acquirende re. Sed quando est electio in alternatiuis. tunc vtrumqꝫ est in obligatione ⁊ statim queritur domino vel patri. Sed electio est meri facti. ⁊ ideo explicari debet per filium ⁊ seruum: ⁊ que sunt facti non transeunt ad patrem vel dominum vt insti. de stipula. ser. §. sed cum factum: ⁊ ita notat. Bart. in. d. l. Julian⁹. Et hic est ꝙ ista voluntas que in facto consistit seruo ⁊ filio reseruatur: si seruus sit heres institutus ⁊ nolit adire preiudicat domino vt l. cum proponas de heredi. insti. ⁊ docto. reuocant in dubiuꝫ de monacho instituto. vtrum monasterium possit adire sine eo si ille nolit. ⁊ videtur ꝙ sic: quia non habet velle vel nolle: vt hic. ō tenet Archidia. xviij. q. ij. c. j. ⁊ tangit Joā. an. in. c. in presentia de probatio. in nouel. licet Jaco. de are. Raynu. aliter dicāt vt no. in. l. deo nobis. C. de episco. ⁊ cleri. ⁊ ibi per Bal. ⁊ Bar. ff. de vul. ⁊ pupil. l. j. i. v. col. vbi videas. ¶ Tertio no. ꝙ alias prohibita conceduntur propter necessitatem concordantie in glo. ij. Nam propter necessitatem concessum est furari occidere domum vicini diruere debitorem capere ius sibi dicere ⁊ alia prohibita attentare. vt. c. si quis propter de furtis ⁊ cle. j. de homici. ⁊. l. scientiam. §. qui cum aliter ad. l. aquil. ⁊. l. ait pretor §. si dubitarem. ff. de his que in frau. credi. ⁊. j. dist. ius gentium ⁊ s̄. de feri. c. licet. ¶ Opponitur ⁊ videtur ꝙ religiosi possint eligere sepulturam: vt de exces. prela. nimis iniqua. versicu. si quis decendium. Sol. dicit Joan. mo. hoc. c. intelligendum illud: vt. scꝫ monachis eligat vbi ad suum monasterium portari non pōt. vt ibi. alias nō: vt hic. Ideꝫ Archi. qui dicit ꝙ quando religiosus moritur extra cōuentū pōt eligere sepulturaꝫ sm [...] no. Argu. huius. c. a contrario sensu. Idem Lap. qui querit quid quando eligit sibi sepulturam in casu in quo potest: si[...] cus solutioni canonice portionis de qua. s̄. eo. ti. ⁊ lib. c. cuꝫ s. videtur ꝙ non cuꝫ nihil habeat. vt. d. c. non dicatis. ⁊ quod [...] Hostiē. in. c. de vxore. s̄. eo. ⁊ Inn. et Hostiē. de deci. c. ij. et dicit tenere Fede. d̄ senis consilio. cclxv. Ipse Lap. dicit ꝙ [...] uenit aliq̄d ecclesie vbi talis sepelit̄. debet de illo solui canonica portio illi ecclesie vbi cōsueuit audire diuina ⁊ sacramenta percipere pone exemplum cum scolaris monachus decessit in [...] studio ⁊ habitabat in hac parochia. S. Andree facit qđ no. [...] an post Inno. ⁊ Hostien. s̄. eo. in nostra in nouel. super verbo [...] liquit. Sed quid si in remotis a monasterio existēs moritur [...] electa sepultura dicit. Lap. sepeliēdū in parochiali ecclesia in cuius parochia decedit ad hoc. xiij. q. j. ecclesias. ⁊ qđ not. Host. in summa eo. ti. §. ⁊ apud quem versi. quid ⁊ de viatore. ⁊ de [...] rochi. §. quis intelligatur versi. viator vero. ⁊ Arc. s̄. c. j. cui⁹ [...] ctum. Arch. hic ponit Joan. an. ibi vbi dicit ipse post. Inno. ⁊ Hostiē. ꝙ viator sepeliri debet in ecclesia cathedrali. Sed [...] dicit ꝙ in parochiali cui⁹ oppinio verior ē secūdū Lap. p p̄a[...] c. ecclesias. Facit quod no. Pau. in. clemen. dudum eo. ti. si monasterium est interdictum videtur similiter ꝙ ipsi⁹ monachi possint sibi eligere sepulturā vt sicut possunt quando sunt impediti impedimento facti. ita quando impedimēto iuris arg. nota de condi. et demon. l. obtinuit.

¶ De decimis. Rubrica.

1 Debitores decimarum quis verbo vel opere corrumpere non debet.
2 Decime an debeantur ex precepto ⁊ an consuetudine tollantur.
3 Decimas non soluentes an peccent mortaliter.
4 Clerici a clericis an exigant decimas.
5 Decima an sit soluēda de illicite acquisitis.
6 Decimas an q̇s soluere teneatur symoniaco.
7 Decime de iure cōi cui ecclesie sint soluende.

2 Sepultura ecclesiastica denegatur ei cui prohibitus est ingres
sus ecclesie.
3 Penitentia est sufficiens vt interdictus admittatur ad eccle-
siasticam sepulturam.

1 **IS cui est.** Tria sunt dicta. scd̃z ibi: talis q̧. tertiũ ibi: sane. ¶ † Not. ꝙ qñq̧
interdicit̃ ingressus ecclesie. ⁊ non dicit tex. vtrũ sibi
interdictũ fuerit ab homine vel a iure: intelligam igi
tur de vtroq̧: pone exemplũ cum interdicitur a iure. de sen.exc.
sacro. ⁊.s̃.e.ti. ⁊ li.c.j. de censi. exigit. ⁊.xvij.q.iiij. si q̃s deinceps
pone etiam exempla cum interdicit̃ ab homine. xvij.q.iiij.c.nul-
lus. de offi.dele. sane.ij. ⁊.eo.ti.c.ij.s̃.eo.li. ⁊ de peni. ⁊ re. omnis.
in glo. ⁊ ita in glo.ij. Circa hoc querit glo.iij. vtrum iste cui in-
terdictus est ingressus ecclesie poterit celebrare extra eam. tz ꝙ
sic. Idem Inno. ⁊ Host. ⁊ in.d.c. sacro. ⁊ Gui. in Spe. de leg.§.
iuxta. ver. quid si quis suspenditur. ⁊ Archi. hic. ⁊.s̃. de of.dele.
c.ij. Sed nunquid poterit iste celebrare in oratorio quod ↄstrui
non potest sine dyocesani licentia.s̃.eo.li.de priuile. autoritate
nec in eo celebrari de conse.dist.j. clericos. ⁊.c. si quis. dicit Jo.
cal. ꝙ si stricte est oratorium ita ꝙ non ecclesia. de consecra.c.vl.
⁊ de priuileg. patentibus non est irregularis: quia non subiacet
prohibitioni que est ꝙ in ecclesia talis nõ celebret cum tale ora-
torium non sit in ecclesia ⁊ in predictis iuribus ⁊ de conse.di.j.
missarum. ⁊.c. hoc ergo. ⁊.c. nullus. ⁊.c. vnicuiq̧. ¶ Quid si ta-
lis clebret in ecclesia non cõsecrata que proprie dicitur basilica
de reli.do.c.j. dic ꝙ est irregularis. ad hoc. de consecra.eccle. vel
alta.c. vltimo. satis est enim ꝙ autoritate pontificis sit dedica-
tus. de consecra. distin.j. nemo. ¶ Ad idem querit Joan.calde.
si presbytero dicente missam in ecclesia. diaconus cui est ingres-
sus ecclesie interdictus dicit euangeliũ extra eandẽ: est questio

[a] ¶ Interdicto. Adde Spe. ti. de cleri. excõ. mini. p totum.

in subdiacono cui est ingressus ecclesie interdictus. dicit extra ecclesiā epistolā illius misse: que dicit̄ intra. dicit ꝙ sunt irregulares: q̄ꝛ vnū est officiū. vij. q. j. nihil. nam euangeliū ꝛ epistola sunt de ꝯsecutiuis ꝛ appēditijs misse. vnde ꝓhibitus a diuinis intra ecclesiā per ꝯsequens nō videtur admittēdus ad illa que ad diuina imministrant̄ intra ecclesiā referunt̄: vt sic idem sit iudicium de cōtiguis ꝛ connexis qd̄ de suis principalibꝰ vt hic. et l. distinc. si quis viduam. ꝛ de homici. sicut dignū. §. illi. ꝛ. s̄. eo. si ciuitas. de cōse. eccle. vel alta. c. j. faciūt ad hoc iura que dicūt ꝙ id qd̄ est potētius est expectandū: vt. s̄. de conse. eccle. vel alta. ꝙ in dubijs. ꝛ alia que volūt ꝙ locus in quē cōuertitur effectus dispositionis dꝫ attēdi. s̄. eo. li. de ꝯsti. c. ij. scd̄o respōso. sicut de tēpore dicit̄ de dona. inter vir. ꝛ vxo. l. si cū vxor. ꝛ. s̄. de sepul. de vxore subdit ꝙ p̄sbyter qui sciēter admisit talē est irregularis: q̄ꝛ participat criminoso: vt in crimine. s̄. eo. si ꝯcubine. ꝛ. c. nup. Et q̄ꝛ videt̄ tale participiū factum in ecclesia vt predictū est ꝛc.

¶ Quid ecōuerso. subdiaconꝰ cui est ecclesie ingressus interdictus dixit ep̄laꝫ in ecclesia in missa quā sacerdos celebrat extra ecclesiā: an sit irregularis. videt̄ ꝙ nō: q̄ꝛ cōsideraт̄ principale ꝛ accessoriū regulat̄ ab eo in loco permisso cōfert̄ effectꝰ ipsiꝰ epistole quā cantauit vt dictū est. ꝯtrium putat idem Jo. cal. nam lꝫ per interp̄tationē videat̄ istud fecisse extra ecclesiā tm̄ ꝛ in ecclesia vere de facto id fecit. ꝛ sic in loco ꝓhibito egit in officio suo sicut prius: ergo est irregularis vt hic. bene facit de act. ꝛ oblig. l. cōtraxisse. ꝛ de verbo. obli. l. qui rome. p̄sbyterū aūt celebrantē extra ecclesiā nō audet dicere irregularē hoc casu licꝫ aliqua videat̄ participatio cū p̄dicto subdiacono: scꝫ in culpa ꝓpter quā ipse subdiaconus irregularitatē incurrit: sed q̄ꝛ principale non debet sequi naturā accessorij sed ecōtra: vt. s̄. eo. li. de cōse. eccle. vel alta. c. vno. ideo hec opi. sibi placet. Querit vlteriꝰ vtrū iste cui est interdictꝰ ingressus ecclesie possit trāsire per ecclesiā. Jo. and. dicit ꝙ iste trāsitꝰ nō videt̄ ꝓhibitꝰ lꝫ hunc nouerit. xj. q. iij. si inimicꝰ. ꝙ etiā minor excōicatio separat ab introitu ecclesie: qd̄ Archi. hoc nō credit. ad hoc. s̄. de excō. a nobis. ꝛ quod not. j. q. j. qui studet. Jo. cal. dicit ꝙ tali nō licet transire per ecclesiā cum diuina celebrant̄: q̄ꝛ nō dꝫ audire diuina in ecclesia. v. q. ij. presenti. sicut nec celebrare vt hic. silr̄ nec alio tempore licite intrat ecclesiā causa orandi. xxj. dist. cleros. in fi. ꝛ de pe. dist. j. qui sanctus. ꝛ. xxxiij. q. iij. vir cū propria. ꝛ ibi not. sed al's puta pro factis suis bene potest trāsire per ecclesiā sm̄ Inno. qui hoc no. s̄. eo. sacro. ꝛ Archi. s̄. eo. lib. de offi. deleg. c. ij. potest. hic subdit Jo. cal. ꝙ nō videt rōneꝫ diuersitatis quare potest licite trāsire per ecclesiā pro factis suis ꝛ nō in ea orare. nam is cui est interdictus ingressus ecclesie sm̄ ꝓpriā significationē nulla ex causa potest ingredi. Hinc est ꝙ in ecclesia vel ipsiꝰ cimiterio nō pōt sepeliri vt hic. ij. rū. attamen ista decre. in primo rūso ꝛ p̄alleg. c. presenti. videt̄ tale interdictū restringere ad celebrationē ꝛ auditionē diuinoꝝ. Ex q̄bus infert ꝙ tēpore quo in ecclesia nō celebrant̄ diuina pōt in ecclesia orare. facit. j. q. j. qui studet. in fi. ꝛ hoc sibi placet. Sunt tm̄ quidā qui dicūt ꝙ is cui est interdictꝰ ingressus ecclesie licꝫ nō possit in ecclesia celebrare: tm̄ in ea pōt audire diuina nisi auditio diuinoꝝ sit sibi simpliciter īterdicta. ꝛ sic intelligūt prealle. c. presenti. sed vt hic dicit Jo. and. consequentia quā hic ponit. ista decre. infert ꝯtrium. Item equiparatio. s̄. facta et. c. presenti. copulatiue ponit ista ad dubiū tollendum.

2 ¶ † Secūdo no. in. §. talis quoqꝫ. ꝙ denegat̄ ecclesiastica sepultura in ecclesia vel cimiterio ei cui ꝓhibitꝰ est ingressus ecclesie. cimiteriū aūt interdictū istud extendit̄ per quandā consequentiā sicut. s̄. si ciuitas. nec distinguit̄ vtrū sit ecclesie contiguum vel remotū vt in glo. ꝛ est hic arg. ꝙ ille qui nō potest morari in ciuitate dum viuit nō potest post mortē ibi ad sepulturā deferri. qd̄ colligit̄ per Bar. ex. l. si quis insulam. ff. de cadauer. puni.

3 ¶ † Tertio no. ibi: nisi penituerit. ꝙ sola penitētia sufficit vt interdictus admittat̄ ad ecclesiasticā sepulturā: ꝛ sic nō videt̄ relaxatio necessaria lꝫ hoc tutū sit que a sacerdote in morte fieri posset. de sepulturis. c. fi. ꝛ no. hic casum quo denegat̄ terra cimiteriata. alios hic ponit Archi. quos vide de sepul. ex parte.

¶ Quarto no. in. §. sane. ꝙ sicut subsequēs appellatio non suspēdit excōicationeꝫ ita nec suspēsionē ab officio vel ingressu ecclesie. omisit autem de interdicto vtrum scꝫ suspēdatur per appellationeꝫ sequentē. nam de ipso non dubitabat̄ per. c. ad hoc quoniā. de appel. sed de suspēsione nō sic erat exp̄ssum. ꝛ aduerte q̄ꝛ per ꝓhibitionē ingressus ecclesie. s̄. in. §. tali. apparet interdictū ꝛ hoc appellat suspensionē. Querit in nouel. post Jo. mona. quare alie sentētie diffinitiue ꝛ ipsarū effectus suspendūtur per appellationē subsequentē ꝛ nō iste sentētie suspēsionis et excō. Respōdet ꝙ ratio colligit̄ ex. c. pastoralis. s̄. de appel. nam trahunt secū ille sententie executionē: ergo illi suspensioni non est locus in eis. quod intellige quando pure ferantur. si vo in diem vel sub conditione ante diem vel conditionē appellatio interiecta cōtra post decem dies bene suspēderetur sm̄ Jo. de quo satis de appella. preterea. ij. dic vt ibi. ꝛ. d. c. pastoralis. vbi in nouel. redditur ratio quare appellatio subsequēs nō suspēdit effectū excō. ꝛ vide per Bar. in. l. qui vltimo. ff. de penis. et. l. fi. C. si a nō compe. iudi. Subdit autem circa hoc Jo. mo. ꝙ quando excō. lata esset in diffinitiuā ꝛ tempora appellandi appellatio īfra illa tēpora interposita suspēderet effectū illiꝰ excō. per. c. non solum. de appel. vbi sunt paria scꝫ appellasse ꝛ esse infra tempora appellandi. idem videt̄ sm̄ Lap. quando appellat̄ a declaratione vel ꝓnunciatione iudicis que pronūciat vel declarat aliquē incurrisse excom. latam ab homine vel a iure est dubium factū propter quod incurrisse dicitur appel. peruenit id est facit. qd̄ no. Jo. and. s̄. eo. pastoralis. super verbo denunciare. et. s̄. eo. li. de elec. cupientes. §. insuper. super verbo puatos. idem etiam videtur quādo excōicatus ignorans se excōmunicatū esse appellat. non enim debet talis excōicatus denigari post appellationē sm̄ Hosti. vt post eum no. Jo. an. in. d. pastoralis. super verbo excōicatus. ꝛ in. c. dilectis cuius effectus. ꝛ idem quādo post appellationē legitimā fuit excōicatus. ꝛ pendet ꝓbationis veritatis articulus ꝛ prosecutio appel. quin interim non repelletur excōicatus in extraiudicialibus a diuinis officijs ꝛ legitimis actibus: vt. s̄. eo. titu. ꝛ lib. solet. in fi. facto vero ꝓbationis articulo: et articulo appellationis ꝛ ꝓsecutionis: euitabitur in oībus vel in nullo vt probatū vel nō probatū fuerit. si autem neglexit ꝓsequi appellationē infra tempus debitum euitabit̄ in bonis quousqꝫ post appellationē legitimam fuerit excōicatus: vel aliter de ipsius sententie excom. docuerit nullitate. s̄. eo. titu. ꝛ lib. c. licet. ita dicit Lap. Querit glo. vtrū quod hic dicitur de suspēsione ab officio habeat locum in suspēsione a beneficio. dic vt in ea.

¶ Et inq̄tū dicit placuisse Jo. ꝙ hoc. c. habeat locum in qualibet suspēsione ecclesiastica vt appellatio non suspendat. dicit in nouel. Archi. attribuisse Jo. opi. cōtrariā propter quod ponit ad literam verba Inno. super isto dicit: ꝛ sunt illa videt̄ dicendū ꝙ quando quis suspenditur ab ecclesiastico beneficio tm̄ ꝙ per talem suspēsionē si appellet nō abstinebit a beneficio sicut ꝛ in temporalibꝰ dictū est. vnde si appellat percipiet beneficiū sicut prius quasi a quadā temporalitate suspensus videatur. s̄. eo. c. j. §. si quis ibi ab ingressu ecclesie ꝛ diuinis. Alij dicunt idem in omni suspēsione ecclesiastica ꝛ interdicto scꝫ ꝙ appellatio nō suspendit cum hoc decretō distinguat.

¶ Et no. ꝙ interdictū siue suspēsio ab officio vel beneficio habet similitudinem cum excōicatione in eo ꝙ neutrum appel. suspenditur ꝛc. istud vltimū demonstrat superiorē secundam opi. placuisse Inno. ꝛ hoc mouit glo. vltra doctrinā Hosti. quā dedit de opi. Inno. s̄. eo. li. de penis. in. c. romana. vbi vide super verbo demonstra. dn̄s Pet. de ancha.

1 ☞ Absolutio religiosi inijciētis manū in secularem spectat ad episcopum.

2 Percutiens nouitium incidit in canonem late sentētie.

3 Percutiens non professum incidit in canonem late sentent

REligioso. Diuisio patet. secunda ibi: q̄uis. ꝛ satis se summat. ꝛ venit ad declarationē. c. cū illoꝝ. s̄. eo. ver. ꝙ si clericū. Nam quandoqꝫ claustralis percutit claustralē eiusdē monasterij: quādoqꝫ alterius. ꝛ dic vt. d. c. cum illoꝝ. Quādoqꝫ clericus secularis clericū secularē. ꝛ tunc aut simul viuebāt. ꝛ dicit vt. de vita ꝛ hone. cleri. qm̄ vt ait. quandoqꝫ secularis claustralē: ꝛ mittēdus est ad sed. apo. regulariter: nisi in certis casibus. quandoqꝫ claustralis clericū secularē ꝛ hoc casu ille ver. ꝙ si clericus indistincte dicit ꝙ erit mittēdus. sed istud. c. limitat ꝛ declarat hoc verū in casu quo mittēdus esset clericus secularis ꝛ in casu quo clericꝰ secularis absolueret ep̄s etiā claustralē absoluit. qui autem sint illi casus in q̄bus ep̄s absoluere potuit mittētes manus in clericos. no. in. d. c. cū illoꝝ. ꝛ inter alios not. casum cum percussio est leuis nō dico leuissima: vt no. s̄. eo. peruenit. vbi de hoc. Breuiter distinguo inter leuē offensam mediocrē ꝛ grauem vt in leui. ep̄s oēs indifferēter absoluat in mediocri certas personas priuilegiatas vt officiales: hostiarios: seruos: clericos cōiter viuentes: ꝛ ꝓfessos. In enormibꝰ nullos nisi in casibꝰ in q̄bus papa nō pōt adiri: al's opi. refert in. d. c. peruenit. sed predicta de ꝯsue. approbant̄: vt ibi in nouel. de istis p̄sonis priuilegiat̄ posuit Jo. an. s̄. eo. cū illoꝝ. ver. regula mors sexus hostis puer ꝛ officialis. deliciosus inops. sexꝰ egerqꝫ sodalis. ianitor astrictꝰ p̄tāti alteriꝰ dubius cause iuste leuis iocus debilis. absolui sine sede merent̄. Atroces vo soli pape retinent̄. ita no. in d. c. cū illoꝝ. vbi etiā q̄ offensa dicat̄ grauis siue enormis. ꝛ tenet ibi dicit ꝙ tunc qn̄ interuenit mutilatio vel sanguinis effusio: certe qn̄qꝫ cum effusione sanguinis pōt dici leuis. nam de esta de facili exit de naso: ꝛ qn̄qꝫ sine sanguine: vt no. in. c. j. de consecr. eccle. vel alta. s̄. eo. li. Jo. Inn. ꝛ Hosti. dicūt ꝙ hi sunt arbitrio

ꝛ discretioni

⁊ discretiōi iudicis cōmittendi. mitius tñ laxandū est arbitriū circa clericos q̄ circa laicos ſm Hosti. ibi. ¶ † Scdo no. ꝙ absolutio religiosi inijcientis manus in clericū secularem spectat ad epm. Ratio est ne eundo per accessum ad curiā habeat materiam vagandi: que ratio etiam adaptat̄ circa religiosos exēptos. ⁊ sic eps hoc casu etiam religiosos exemptos pōt absoluere: sed maxime illos qui deliquerunt in loco nō exempto. super quo vide. s. eo. lib. de priui. c. j. super verbo in loco exēpto. in nouel. ⁊ si hoc verum est infert ꝙ etiam nouitium talis monasterij exempti pōt eps absoluere. super quo vide in nouel. s. eo. canonica. in prima glo. quod intellige etiam si ante nouitiatum deliquit. Ex quo prius eps poterat illū absoluere. Sed oppones ⁊ dices immo absolutio claustralis spectat ad abbatem. vt. d. c. cum illorum. sol. ibi cum iniecit manus in alium claustralem nō in clericum secularem. Sed hic quero si ante ingressum religionis quis percussit clericum vel regularem an possit in anno probationis absolui per abbatem. Refert hic in nouel. opi. ⁊ ꝯclu dit ꝙ ante professionem tacitam vel expressam nō possit abbas absoluere. ita etiam no. in. c. cum illorum. Sed immo videtur ꝙ possit. vt. s. eo. monachi. sed ibi loquitur qñ nouitij in monasterio positi incurrunt hanc excōicationem. secus si ante ingressū iam incurrissent: q: tunc vt dictum est abbas non pōt infra annum probationis absoluere. vt no. in Spe. de regula. in vltima col. in fi. talis ergo nouitius dꝫ per epm absolui etiam de casib᷒ reseruatis sibi. de quibus. s. ¶ † Tertio no. in. §. q̄uis. ꝙ percu tiens nouitium religiosum incidit in canonem late sn̄ie. ꝯ quod opponit glo. de statu libe. qui ſm primum statum precedentē dꝫ iudicari: non ſm futurum euentum. ergo ⁊ a simili nouitius ſm proximum precedentem statū videt̄ censendus laicus sicut erat tempore ingressus. sol. vt in glo. antepe. in nouel. inter statulibe rum ⁊ nouitium assignat alias rationes diuersitatis vt ꝑ te videas. ⁊ pondera tex. dum dicit religiosus censeri non possit cū effectu. Induco enim hunc tex. ad questionem quam disputaui. de qua in. c. beneficium. s. eo. lib. de regu. ¶ Quarto no. qd̄ dixit generaliter si quis ⁊c. dicit enim Jo. an. ꝙ includit patrē q̄ filium etiam impuberem violenter traheret de ecclesia vel eius ambitu: ⁊ eo fortius si etiam clericus erat. Non obst. s. c. cū voluntate: q: licet pater impuberem reuocare ⁊ corā superiore petere poterit: non tñ dꝫ violentiam inferre. facit. s. eo. lib. de preben. eum qui. idem vide. c. nullus. ⁊. C. vnde vi. si quis in tantam ¶ † Ultimo quero tex. loquitur in religioso nō professo: quid in conuersis. dic idem si sunt professi ecclesie regularis. s. eo. nō dubium. sed reuocat in dubium ibi glo. quid de professis ecclesie secularis. Host. ibi dicit ꝙ aut conuersus remanet in domo sua tanq̄ laicus viuens ⁊ non gaudet hoc priuilegio. s. de priui. ca. ij. §. de confratribus. aut est conuersus qui tradidit se ⁊ sua: et est tonsuratus: ⁊ habitum mutat: ⁊ audit horas: ⁊ viuit honeste sicut viuere decet clericis. ⁊ talis in totum intelligitur esse translatus in forū ecclesie ⁊ gaudet immunitate. ⁊ sic dꝫ intelligi glo. a. non dubium. per iura que alleg. maxime per. c. duo sunt. duodecima. q. ij. vbi Jo. videtur concordare cum Ber. ad hoc in li. eu. de priuilegio scholarium. l. vna. ⁊ probatur expresse de priuile. vt priuilegia. §. hoc autē. ⁊ vide quod plene de hoc not. xxvij. q. j. vt lex continentie de istis fratribus gaudētibus. s. de penitentia alibi dixi ꝙ magis accedunt ad vitam secularium q̄ clericorum. ⁊ ideo immunitate nō gaudent. dixi. s. eo. lib. de immunitate eccle. c. j.

1. ☞ Excommunicatus aliquando quis est ab homine: et aliquando a canone.
2. Absolutus ab excommunicatione satisfacere debet.
3. Papa a quibuscunq̄ sententijs excommunicationis absoluit
4. Legati de latere an possint absoluere inijciētes manus in clericos si lesio sit enormis.

Nosqui. Due sunt partes que patēt. ¶ † No. ꝙ q̄nq̄ quis excom. a canone. ⁊ quandoq̄ ab homine. Glo. ij. hic enumerat. xxxij. casus in quibus quis per cōstitutiones huius voluminis. vj. lib. incurrit in excommu. ipso iure. Quorum pauci sunt papales. hoc est pape reseruati. Sunt enim papales quintus vigesimus tertius vigesimus octau᷒. itē trigesimus post perseuerantiā. ij. mensiū ⁊ nō prius. hos videas in iuribus que alleg. glo. retento numero supradicto prout glo. enumerat triginta etiā casus iuris veteris quibus quis incidit ex eo ipso iure enumerat Hosti. in summa eo. tit. §. iij. in prin. in cle. j. in glo. est sciendū ex illis. xvj. sunt pape reseruati quos ibi videas. ¶ Secūdo no. ꝙ q̄nq̄ quis nō potest absolui ab eo a quo de iure fuerat absoluendus: sed quis est ille cui cōpetit hoc de iure. dic ꝙ a sn̄ia canonis ille absoluit cui canō reseruauit. alias. i. si nemini reseruauit absoluit ordinari᷒. si vero est sn̄ia hois ille qui protulit dꝫ absoluere: sꝫ in eius defectum vel negligentiā si est delegatus aditur delegās. si est ordinarius aditur superior. hec probant̄ de offi. deleg. prudentiā. §. vj. ⁊ de offi. ordi. ad repudiandā. ⁊. c. pastoralis. ⁊. s. eo. titu. nuper ¶ Tertio no. ꝙ ꝑpter iustū impedimentū pōt quis absolui ab alio q̄ ab eo a quo de iure fuerat absoluendus. imminens autē periculū mortis dicit̄ iustū impedimētū. ⁊ si immineat aliter q̄ per infirmitatē. puta timet hostē capitalē. vel est offensus. vel in manibus predonis: vel tyranni. vel nauigaturus est periculoso nauigio. vel patit̄ naufragiū. vel iturus est ꝑ loca periculosa. ff. de dona. cā mor. licet. cū. l. seq. istos et alios casus vide. s. eo. qd̄ de his. Sed hic querit̄ vtrū ista absolutio que ꝯcedit̄ ꝑpter iustū impedimentū pōt fieri ab alio q̄ ab eo qui dꝫ habeat locū in excōicatis. alia rōne q̄ pro manuū iniectiōe. dicit Inno. ꝙ habet locū solū in excōicatis pro manuū iniectione. sꝫ si al's excōicatus sit a iudice vel a iure lꝫ absolui possit in mortis articulo. arg. s. e. a nobis. ij. in fi. tñ in alijs casib᷒ qui ponunt̄ in. c. q̄uis. s. eo. nō hꝫ locū: sed tm̄ ab excōicatore vel illo ad quē spectat absoluendi sunt. ⁊ ita no. s. eo. q̄uis. in nouel. sed hic similiter ī nouel. dicit ꝙ iste tex. facit ꝯ istā opi. dū dicit ab alio absoluūtur. ⁊ §. generaliter dixit ab hoīe vel a iure. ⁊ sic de alia etiam excōmunicatione q̄ illa que per manuum iniectionē infligit̄ locum habet ista absolutio. alio mō propter iustū impedimentū ꝓueniēs ex multis causis. vt prealle. c. ea noscit̄. ⁊. c. q̄uis. et. c. qd̄ de his. ¶ Quarto no. ꝙ absolutus ex causa ab alio q̄ ab eo a quo debuisset cessante illa causa tenetur facere id qd̄ primo facere tenebatur. s. comparere coram suo iudice. optime concor. s. eo. lib. de elec. cupientes. §. insuper. ver. ⁊ nihilominus. ⁊ quod ibi dixi. et aduerte ad quē finem dꝫ comparere: ad hunc. s. vt mādatū suscipiat: nō vt amplius absoluat̄: ⁊ in casibus reseruatis pape tenebitur coram ipso comparere: vel ipsius legato qui etiā talibus hec mandata facere pōt. vt. s. eo. ea noscitur. in fi. Sed nunquid a legato transeunte poterit recipere hec mandata ad effectū huius liberationis consequendū. Quidam ꝙ sic. nā sicut pōt absoluere: sic mandata dare. alij dicunt ꝙ lꝫ possit absoluere ꝑpter periculum: cessante tñ periculo q: tñ absolutus est mandatū dare non poterit nisi proprius legatus. s. eo. a nobis. ij. Quando ergo legatus transiens absoluit pōt mandare. nam tūc mandatum venit ad absolutionem tanq̄ accessoriū. ergo cōcessū sicut ipsum principale. s. de offi. deleg. preterea. qñ vero iam absolutus erat legatus transiens. ideo mandare taliter absoluto non pōt: q: tunc mandatū est vt principale. prima tñ opi. magis placet Host. tanq̄ benignior. ⁊ de Spe. in titu. de legato. §. nec dicamus. ver. sed tunc alleg. d. l. accedens. ¶ † Quinto not. qd̄ q̄ absoluitur ab excōicatione dꝫ satisfacere. qd̄ intellige iuxta proprias facultates. ⁊ ꝑ hoc infert Archi. facultates ecclesie quas ad vsum hꝫ ad hoc non teneri. alle. xvj. q. vj. §. si pro hoc. facit clemen. volentes. §. j. s. eo. de here. ⁊ de appel. reprehēsibilis. vide quod no. de preben. de multa. in. iiij. glo. Item quod hic dicitur ꝙ dꝫ cū cōmode pōt ire ad eū a quo fuerat absoluendus. qualiter sumi debeat hoc verbū cōmode. vide quod no. in cle. si q̇s suadente. in glo. antepe. ⁊ ideo quare sic cito ire teneat̄ est q: absolutus per iuramentū: in absolutione per iuramentū tenet̄ ad factum sibi per mandatū iniūctum. obligans autem ad factū tenetur illud implere q̄cito cōmode poterit. vt. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. ⁊. l. interdū. ⁊. ff. de ope. lib. l. cū patronus. §. fi. ⁊. l. si libertus. ¶ Sexto not. ꝙ si prima obligatio est sublata ob certam cām cā nō impleta reuiuiscit illa prima obligatio iā extincta. hic enim reuiuiscit excōicatio iam extincta per absolutionē: si absolut᷒ contēnit mandatū recipere ⁊ satisfacere de offensa. in alijs casib᷒ an sit ita vt ꝑpter promissa nō seruata reuiuiscat pristinū ius actio siue obligatio ipso iure: dic vt not. in. l. cū mota. ⁊. l. si diuersa. ff. de trāsac. ⁊. l. si q̇s accepto tulerit de cōdi. ob cām. facit qd̄ no. s. de elec. cum inter ⁊ in glo. mag. ⁊. c. ij. s. de condi. appo. ⁊ est materia subtilis cū prima obligatio est sublata ob aliquā cām de futuro. an agi debeat ad id qd̄ erat in prima obligatione: an id qd̄ in promissione deuenit de quo in. d. l. cū mota. ⁊. l. cū proponas. C. de dolo facit. l. qui res. §. areā. ff. de solutio. ⁊ aduerte q: textus dicit in eandē sn̄iam recidere ipo iure. Jo. mo. dicit ꝙ est eodē genere ⁊ nō numero. vult ergo ista decre. ꝙ sicut olim absolutus nō parens absoluēti reducebat̄ ꝑ hominē in pristinū statū: sic hodie in casibus his sine hoīs misterio reincidat ipso iure. ⁊ merito sic statui iustū fuit: q: si per hominē oporteret reduci expediret partē aduersam citari ⁊ cause cognitionē adhiberi ⁊ longus tractus necessarius esset qd̄ redūdaret in aliorū dispendium ⁊ illuderentur censure ſm Jo. an. in nouel. ¶ Septimo no. in. §. idē ibi quibusuis sentētijs ꝙ papa ⁊ legatus absoluunt a quibuscūq̄ sentētijs excō. qd̄ Jo. mo. intelligit de sentētijs iuris nō hois. nam vt dicit papa delegatus non absoluit ab illis de stilo curie: sed remittit nisi in casu quo delegatus nō posset absoluere de off. deleg. querenti vel mortuus esset nec alius succedit in delegatiōe de off. or. pastoralis. idē putat

qñ successoꝝ bene succedit in delegatione: sed non est spes de festina prouisione. facit. s. eo. lib. de offi. deleg. si is cui. putat etiã Jo. mona. in casibus predictis delegatoꝝ si absolutus non pareat non reincidat ipso iure: sed per sñiam hoĩs: vt sic stetur antique regule nisi in eo in quo appareat vitiata. C. de app. l. precipimus. hec oĩa cessant si late recipiat literã vt verbũ sonat hic ⁊ in prin. huius. c. quod etiã generaliter loquit̃. et de vtrisqꝫ exprimit. ⁊ hoc tenet Jo. an. s. ꝙ in quibuscũqꝫ sentẽtijs iuris, ⁊ hominis locũ habeat quod hic dicit̃ ꝙ reincidat ipso iure nisi pareat ⁊ cõpareat post absolutionẽ put hic dicit̃. ¶ Octauo no. ꝙ lꝫ papa vel legatus absoluat excõicatos ab alijs. tñ pro penitentia ⁊ satisfactione remittit ad suos ordinarios. ⁊ hoc ideo qꝛ in romana curia vel curijs legatoꝝ circũstantie in imponendis penitentijs ponderande: vel in satisfactionibus arbitrãde non de facili sciri posset: solẽt tales remitti super his ad ordinarios vel alios qui sunt in partibus ante hanc ↄstitutionẽ qñ absoluti nõ curabãt adire. ⁊ est simile. s. de offi. ord. significauit. ⁊ not. ꝙ Archi. exponens hoc verbũ contẽpserint dicit ꝙ cõtẽnere dicitur hoc ĩpo ꝙ iusta cã cessante se nõ presentat illi a quo fuerat absoluendus. vt no. ij. q. vij. metropolitanũ. ¶ Querit Jo. an. ĩ nouel. vtrũ legati de latere possint absoluere [a] inijcientes man⁹ si lesio fuerit enormis. Refert hic Archid. tenere ꝙ sic. aduerte qꝛ super hoc sunt opi. de quibus in nouel. s. eo. ad eminentiam. ⁊ finaliter tenet ꝙ potuit in atroci siue graui delicto. puta a mutilatione ossis fractiõe ⁊ homicidio ⁊ simi. ⁊ hoc tenet ibi abbas refert tñ ibi Jo. and. ꝙ vidit ibi aliquos legatos absoluẽtes ab homicidio ⁊ mutilatiõe: ⁊ aliquos abstinẽtes de iure credit qd̃ possint: qꝛ iura que eis istã tribuũt ptãtem generaliter loquunt̃ ⁊ iura que excipiũt actionẽ nõ in legatis sed in inferioribus loquunt̃. ⁊ hoc tenere expedit animabus fm euꝫ. ¶ Scd̃o quero post eũ hic in nouel. vtruꝫ in alijs casibus reseruatis pape de q̊bus. s. in primo notabili possint legati absoluere. tenet ꝙ nõ nisi in casu reseruato ꝓpter manuũ iniectionẽ. nam iste casus incepit eis cõpetere de cõsuetudine postea approbata ꝑ. c. qd̃ translationẽ. de offi. leg. vnde excõicatos noĩatim a papa vel ab eius delegato nõ posset absoluere. de offi. leg. studuisti. ⁊ de offi. ord. pastoralis. hoc verũ nisi super hoc habeat speciale mandatũ super quo sibi nõ credet̃ nisi ostẽdat ꝙ si ꝑdiderit ꝓbet amissionẽ ⁊ tenorẽ. sufficit tñ si semel fuerit publicatus. ad hoc de manda. prin. l. j. de priui. cũ olim. C. de testa. l. publicati. ⁊ s. de fi. instru. si instrumenta. ¶ Tertio quero tex. ille ꝓpter impedimentũ excusat excõicatũ ab accessu. al's innuit ꝙ semꝑ teneat̃ se ꝑsonaliter presentare pro absolutione obtinẽda. sꝫ an talẽ absolutionẽ possit quis petere ꝑ procuratorẽ. Innoc. ꝙ sic ex iusta cã: aliter nõ. Host. s. dicit em̃ ꝙ nullo mõ põt peti absolutio ꝑ ꝓcuratorem. requirit enim cõtritionẽ ⁊ ↄfessioneꝫ excõicati. xj. q. iij. cum aliquis. ⁊ certã formã ⁊ solennitatẽ ⁊ interdictionẽ in ecclesia. ⁊ manus impositionẽ: ⁊ recõciliationẽ ante quã nõ est ei cõicãdũ xxiiij. q. iij. notandũ. ↄrium seruat̃ in curia. vt no. Spec. in tit. de ꝓcura. §. j. ver. item opponit̃ ꝙ licet. in ver. ⁊ illo. immo si hꝫ spãle mandatũ petendi absolutionẽ videt̃ posse iurare licet ad hoc non habeat speciale mandatũ. de hoc in Spec. de iura. cal. §. restat. ver. quid ergo fiet. a sñia aũt interdicti ⁊ suspẽsionis potest peti absolutio per procuratorẽ: qꝛ nec solennitatẽ forme: nec reconciliationẽ desiderat. ⁊ in hoc omnes cõcordãt. ⁊ hoc no. s. eodem cum desideres. in nouella.

> [a] ¶ Legati. Adde Cardi. in clemẽ. ij. post glos. de sent. exc.

1. Ratihabitio in maleficijs equiparatur.
2. Mandãs percuti clericum excommunicatus est.
3. Ratihabitio retrotrahitur
4. Iniectionem manus in clericum ratam habens peccat
5. Delictum ab vno commissum si alius habeat ratum an teneat̃.
6. Differentia inter mandantem: concedentem: ⁊ persuadentem
7. Mandans an teneatur quando est sequutum delictum
8. Pax an potest fieri ei qui mandauit homicidium committi.
9. Mandans an teneatur vt principalis.
10. Delinquenti qualiter quis dicatur prestare opem
11. Delinquẽtes plures simul an teneant̃ de auxilio inuicẽ ꝓstito.
12. Consulens Titio ꝙ occidat Gaium. ⁊ Gaius occidit Titium aggressorem an consulens sit irregularis.

Cum quis. Duo sunt dicta. secundũ ibi: si vero. ⁊ vtrũqꝫ sui rõnem subdit primũ ibi cũ rati. scd̃m ibi cũ quis. ¶ † [1] No. ꝙ ĩ maleficijs ratihabitio equiparat̃. quod Accur. dicit verum. secus ergo in adulterio. arg. l. j. §. ne aũt. C. de cadu. tollen. ⁊ ita no. in. l. j. §. quotiens. ff. de vi ⁊ vi arma. Sed certe idẽ est in alijs criminibus. vt homicidio ⁊ simi. nã si tu occidisti impossibile est ꝙ ecõuerso occiderim. ⁊ ꝑ hoc ↄcludit Bar. ibi ꝙ sicut per aliũ põt quis cõmittere homicidiũ ⁊ suo noĩe cõmissum habere ratũ. ita ⁊ ibi adulteriũ. vt ibi ꝑ eũ. ¶ † [2] Scd̃o no. ꝙ qui mãdat clericũ ꝑcuti siue manus in eũ inijci est excõicatus: si ille postea manus iniecerit. nã ille iniecisse dicit̃ qui mãdauit. vt. l. j. §. deicisse. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ c. mulieres. s. eo. in fi. ¶ † [3] Tertio no. regulã ꝙ ratihabitio retrotrahit̃. quod intellige vt in glo. q̃ incipit ex ratihabitiõe ⁊c. quã no. dicit enim trahi retro qꝛ ꝓpter delictũ retro cõmissuꝫ obligat: sed obligatio incipit nõ vt ex tunc sed ex nũc hoc tꝑe quo ratũ hꝫ. ⁊ ꝓpter hoc dicit in nouella post Jo. mona. ⁊ Archi. ꝙ magis caute suꝑ hoc locutus est iurisconsultus in. l. j. §. quotiẽs. prealle. nõ enim ibi dixit ratihabitio retro trahi. sed solũ ꝙ cõparabit̃ mandato. ⁊ idem. ff. de reg. iu. l. hoc iure. §. deiecit. nisi etiã generali⁹ loquat̃. vt ergo defendatur text. in eo qd̃ dicit retro trahi: retro trahi dupl'r considerat̃. vno mõ ꝙ trahat̃ ad actum prius ⁊ habituꝫ et ad eius tempus. alio modo ꝙ ad primũ solum trahatur: ⁊ non ad secũdum. ⁊ ita sumitur hic. et aduerte qꝛ regula dicit simpliciter retro trahi: qd̃ potest intelligi quo ad tp̃s. de hoc hic in nouel. Iteꝫ põt intelligi quo ad locũ si forte delictũ cõmissum vno loco habet̃ ratuꝫ alio. ⁊ de hoc vide in simili quod post glo. dixi. s. vt lite pendẽ. cle. j. et ibi vide quid iuris de mandato ad quẽ locum trahatur. an ad locum in quo incipit. an vbi consummatur. ¶ Barto. alibi reuocat in dubium in mandante vtrum sequuto delicto oriatur obligatio ex mãdato an ex delicto subsequuto. ⁊ videtur ꝙ ex mãdato ad similitudinẽ contractuũ. vt in toto tit. ff. manda. ad idem. l. j. §. persuadere. ff. de seruo cor. cõtrarium tenet ipse in. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. tunc enim ex delicto propter mandatũ. ⁊ idem tenet in. d. §. persuadere. idem tenet insti. de obliga. que ex delicto nascun. §. ope. ⁊ probatur in. l. si quis vxori. §. neqꝫ verbo. ff. de fur. ⁊ l. qui serua. §. j. eo. tit. vbi apparet ꝙ tenet̃ cũ maleficium est cõmissum. ⁊ ex hoc infert ꝙ in accusatiõe dꝫ poni locus ⁊ tempus mandati. l. pretor ait. §. hoc aũt edicto. vi bono. rapto. sicut etiam cõmissi delicti locus ⁊ tempus quo ad penã augendam vel minuendam. vt. d. §. ij. apparet qd̃ ibi dꝫ puniri vbi delictum est commissum. vt ipse no. in. l. si vt proponit̃. de fideiul. ⁊ dixi in dicta cle. j. Idem Bar. in prestante opem. s. qd̃ obligat̃ ex delicto sequuto. s. cũ perficit̃. nõ cum opem prestat vt ipse not. in. l. is qui opem. in fine. ff. de furtis. ¶ † [4] Quarto no. ꝙ peccat ille qui iniectionem manus in clericum nõ suo nomine factam rataꝫ habuerit. ⁊ intellige ratam. i. datam. Talis enim congratulatio inducit in peccatum. vt hic. nõ autem effectuꝫ ratihabitionis postquam non suo nomine facta fuit. ⁊ vide quod circa hoc no. quod in dicto. §. deiecisse. ⁊ quod hic dicit pecces. subaudi venialiter ⁊ non mortaliter. graue enim esset dicere ꝙ hoc esset mortale. cum facile obueniat. propter quod videtur dignum venia. et sic veniale facit quod no. s. quod metus causa. sacris. ĩ nouel. ¶ Ultra dicto. super isto. c. qꝛ bonam materiam tangit aliqua sunt dicẽda. Ad quorum euidentiam premittendum est ꝙ in delicto commisso per vnum alius potest esse particeps multis modis. quãdoqꝫ ratum habendo. quandoqꝫ mandando. quandoqꝫ conducendo. qñqꝫ opem vel auxilium prebendo. qñqꝫ consulendo. qñqꝫ suggerendo: siue instigando: siue inducendo: siue inflammãdo. quandoqꝫ solum patiendo ⁊ non prohibendo. qñqꝫ licentiam concedendo. ¶ † [5] Primo quero an delictuꝫ ab vno cõmissum si alius habet ratum teneatur. distingue aut commissum fuit suo nomine. aut nõ. vt in. c. j. facit quod not. de resti. spolia. cum ad sedem ⁊ de ista ratihabitione dic vt. s. dixi. Qualiter trahatur retro quo ad locum ⁊ quo ad tempus. quod hic non repeto. Sed addo quod no. Cy. in. l. non eo minus. C. de accusa. in. j. ⁊. ij. q. domi. Fede. consilio. ccxxj. querit de tali questione. quidam percussit clericum nomine meo cum sciui dolui et cõtradixi. deinde ratum habui an sum excommunicatus ad consultationem eiusdem. do. Fede. Jo. plagaren. de señ. sic respondit. si primo precedit rati nõ habitio: et sequatur postea ratihabitio superueniẽs nihil operatur quantum ad ratum habentem: qꝛ nõ ꝑ hoc actuꝫ negociũ gestũ censetur. nec ille per hoc agere potest. ⁊ hoc ꝓcedit qꝛ quod ego reprobaui nõ possum postea approbare. ⁊ sic loquitur. l. dispensatorem. de solu. ⁊ l. pomponius scribit si negocium. de nego. gest. sed quantum ad alium nõ dico quantum ad ratum habentem superueniens ratihabitio post non ratihabitionem bene operatur qꝛ tollitur actio ex stipulatu rem ratã haberi saltem ope exceptionis doli. vt. ff. rem ratam haberi. l. ꝓcurator adesse. §. iulianus. in questione nostra. ergo dico ꝙ ratihabitio de qua loquitur nihil operari potest: qꝛ si oꝑaret̃ nihil posset operari nisi dũtaxat vt conueniretur ex ea ratum habẽs contra prealleg. l. põponius scribit. ⁊ per hoc cõcludit illud de quo queritur nõ fore excommunicatus cõsilio de quo. s. ¶ † [6] Secũdo quero que sit differentia inter mandãtem: cõducentem ⁊ persuadentem. Respõ. mandator dicitur ille qui mãdat delictũ cõmitti propter seipsum ⁊ ad satisfactionem sue voluntatis nulla data pecunia conductor dicitur ille qui hoc facit data pecunia ⁊ in vulgari dicitur assassinus. vt no. ⁊ dixi. s. eo. lib. pro humani. de homi. persuasor dicitur qui persuadet alicui propter ipm

cui fit

ui fit persuasio.ꝛ ideo non curo quibus verbis vtaꝛ:siue mādo
iue rogo:siue quibuscunqꝫ verbis.non enim dicit persuasio seu
onsilium postq̃ fit eius gratia cui persuadetur.ꝛ parum distat
b illo qui inflammat:instigat:vel accendit alicuius animuꝫ ad
elictū qui etiā teneꝛ.vt.c.sicut dignū.§.qui vero.de homici.fa
it.l.j.§.incidit.ꝛ quod ibi per Bar.ad turpil.ꝛ.l.ob hec verba.
quod ibi no.ff.de his qui not.infa.vbi de persuadente:exhor-
ante:consulente:permittente.nullus enim istorum videtur mā
7 are.vt ibi in glo.¶ † Tertio quero qn̄ sequutum est delictum
n teneatur mandans.ꝛ certe tenetur tam ipse q̄ qui mandatuꝫ
scepit.vt.d.§.mandato.nisi qui mandatum suscepit excuset se
ta autem excusatio contingit qn̄qꝫ ratione persone eiꝰ cui mā-
atur:qꝛ non putabat illud delictum.qn̄qꝫ ratione persone mā-
ate cui debebat obediri.¶ Circa primū dic ꝙ aut id qđ man-
atur poterat esse simpliciter licitū ꝛ mandatarius excusaꝛ.ver
igratia.mandaui tibi vt laborares in tali fundo.vel in tali do-
o quam putabas esse meam.certe tu excusaris.vt.l.in reꝫ.§.ti
num.ff.de rei vendi.Quandoqꝫ id quod mandatur nō erat li
tum nisi certe persone ꝛ ex speciali iuris priuilegio: vt marito
ui potest occidere adulterum inuentū cum vxore.certe cuꝫ hoc
t ex priuilegio concesso certe persone non pōt hoc.mādare al-
ri nisi forte filijs suis.facit circa hoc quod no.in.l.qui positio
e.ff.de vi ꝛ vi arma.ita.¶ Circa secundū qn̄ mandatariꝰ p̄ten
it excusationē qꝛ habebat necesse ꝛadmittitur illa excusatio in
uibus.secus in grauibus.vt.l.liber homo.ꝛ quod ibi no.ad.l.
quil.ꝛ.l.si seruus.de actio.ꝛ oblig.Sed hic quero que dicātur
elicta leuia ꝛ que grauia.glo.tangit in.l.liber homo.et.l.auxi-
um.§.in delictis.de mino.ꝛ de accusa.l.leuia.Barto.in.d.§.si
andato distinguit ꝙ quedam sunt delicta leuia:quedam gra-
ia:quedam grauiora:quedam grauissima.leuia sunt delicta in
uibus nō requiriꝛ dolus.vt damnū iniuria datū.vt.l.liber ho-
o prealle.Item est delictū leue vbi requiritur dolus tn̄ cōmit
tur circa modicam rem.vt furtū rei modice.vt.l.ad ea.ꝛ ibi no.
e reg.iur.Sunt etiā delicta leuia.de quibus.ff.de priua.delic.
Quedam sunt etiam delicta grauia.vt crimina priuata que re-
uirunt dolū ꝛ magnū preiudiciū pariunt ꝛ mereꝛ magnaꝫ pe
am.vt furtū rei magne.vt.l.respicienduꝫ.§.furta domestica.ff.
e pe.ꝛ.d.§.in delictis.ꝛ no.in.d.l.ad ea.Ideꝫ dicit de qualibet
iuria que infertur in personā qđ dicaꝛ graue delictuꝫ. vt.d.§.
mandato in eo quod dicit teneri filium licet obediat patri.ex
uo sequitur ꝙ est maleficiū graue.pro quo facit qꝛ quelibet in
ria personalis est grauior q̄ alia q̄ concernat bona.vt.l.in ser
orum.de penis.Quedam sunt delicta grauiora.vt publica de
cta pro quibusdam non imponiꝛ pena mortis grauissima in q̄
usdam pena mortis imponitur.ꝛ de istis duobus loquiꝛ glos.
.d.l.auxiliū.§.in delictis.de mino.¶ Quarto quero q̇d si ali
uis mandat ꝛ ille mandatū suscipit:non tn̄ sequutū est delictū
n mandans teneatur.dicit ꝙ aut delictū est atrox ꝛ ex solo mā-
ato quis teneꝛ vt extraordinarie puniatur.vt.l.ij.de extraord.
ꝫ.ꝛ.c.j.s̄.eo.lib.de homi.vbi tex.Aut est delictū leue:et tunc
on tenetur.vt.l.item apud.§.si curauerit.ff.de iniu.Sed hic q̄
tur quid si quis non interuenit vt procurator:sed vt nuncius
delicto an teneaꝛ.Pone dico nuncio meo vade ad talem ho
inem ꝛ dic ꝙ interficiat ꝛ capiat.T.ille iuit ꝛ dixit:ꝛsic factuꝫ
t.nunquid talis nuncius teneaꝛ.dicit ꝙ sic in grauibus secus nō in
uibus.vt no.Bar.in.l.aut qui aliter.§.pe.ff.quod vi aut clam
Cy.in.l.nō ideo minus.in.iij.q.C.de accu.¶ Quinto quero
trū ille qui mandat aliquid fieri sequuto delicto dicaꝛ vere fa
ere vel interpretatiue.ꝛ videtur quod vere.vt.c.mulieres.s̄.eo
lem.ibi cū is vere cōmittat cuius autoritate mandato ꝛc.in cō
rariū facit quod no.Ja.de are.in.l.qui seruū.§.pretor ait.ff.de
qui.here.vbi dicit ꝙ mandans cōprehendiꝛ nō vere:qꝛ nō ve
facit:sed ficte.per hoc arguit ad questionē statuti quo caueꝛ
quis interfecit aliquē puniaꝛ in mille.ꝛ quidaꝫ mandauit ali-
uem interfici:quod statutū nō includit istū mandanteꝫ.qꝛ ver-
a sunt scripta in personā dicendo si quis ꝛc.secus si essent scri-
ta in rem.puta pro homicidio imponiꝛ pena mille.naꝫ tenetur
ri faciens.ꝛ includiꝛ sub verbis statuti.facit.l.aut qui aliter.
si.ff.quod vi aut clam.ꝛ.l.hec verba.ff.de adul.per bar.ꝙ licet
interpretatione includaꝛ mandās.tn̄ talis interpretatio ha-
bit locū vt absurditas euitetur ꝛ maleficia nō remaneant im
nita.vt.l.j.§.de rescis.ff.de vi ꝛ vi arma.ꝛ ita disputando con
udit.vt.l.si p aliū.ff.ne q̇s eum qui in ius voca.vi exi.et hec fa-
it ad aliā.q.statuto caueꝛ ꝙ de quolibet maleficio possit fieri
8 x excepto homicidio.¶ † Queriꝛ an potuit fieri pax ei qui
andauit cōmitti homicidiū.ex predictis videtur qđ sic qꝛ non
proprie homicida:sed p interpretationeꝫ.ad hoc facit.d.l.ob
c verba.de his qui no.infa.ꝛita refert.d.Bal.in.d.§.p̄tor ait
d do.Bar.hunc articulū plenius distinguēdo prosequiꝛ in.l.
d si vnius.§.seruus meus.de iniur.alleg.enim multas.ll. qua-

rum alique probant ꝙ mandans videaꝛ vere facere.ꝛ alique ꝙ
videatur facere ficte.Ex quibꝰ postea sic distinguit.quidā sunt
actus qui nō possunt expediri nisi per instrumentū separatuꝫ a
corpore.vt adulteriū.ꝛ tunc qui mandat non facit vere sed ficte
ꝛ hoc voluit.l.j.§.quotiens.ff.de vi ꝛ vi arma.Idem dicit in fal
so testimonio:cum enim requirat actū persone testificantis non
pōt pprie cōmitti p aliū.eadem ratione quedam sunt facta que
possunt explicari p instrumētū separatū a corpore.vt percussio.
homicidiū ꝛ similia que possunt explicari sagitta ꝛlapide emis-
so.ꝛ hic aduerte qn̄qꝫ instr̄m quo mediante ille actus perpetra-
tur agit de necessitate:nec pōt non agere.ꝛ tunc q̄ facit median
te tali instrumento vere facit.ꝛ ita loquiꝛ.l.item mella.in princ.
ad.l.aqui.Qn̄qꝫ illud instr̄m quo mediante perpetraꝛ actꝰ agit
in virtute libertatis sue. vt si mando homicidiū homini habenti
intellectū:tunc si ille occidit ipse vere facit.sed ego mandans di
cor prebere cām qꝛ mandatū non est cā necessaria illius actꝰ.ita
loquitur.l.si obstetrix ꝛmulte alie.ff.ad.l.aqui.qn̄qꝫ ille nō agit
actū vigore sue libertatis:sed ex necessitate ciuili.puta quia est
seruus vel alius qui in tali actu dn̄o obedire teneꝛ.ꝛ tunc dn̄s q̄
mandat diciꝛ vere facere.ꝛ ita loquiꝛ lex pater ex prouincia.de
manumis.vindi.ꝛ.l.iij.§.si procurator.ff.quod quisqꝫ iur.ꝛc.lo-
quatur in persona.cōprehendit tn̄ vere eū qui mandat suo pcu
ratori.ꝛ per hoc dixit Bar.p statutū punit illū qui ꝯ instr̄m pu
blicatū excipit ꝛ nō probat includit eū qui opposuit per procu.
habentē ad hoc speciale mandatū.sed si mandatū nō esset licitū
ꝛ ille per quē quis facit nō facit de necessitate vere:qꝛ liberū hꝫ
arbitriū:nec ex necessitate legali:qꝛ rei turpis nullū est manda-
tum.tunc qui mandat vere nō facit:sed interpretatiue.ꝛ ita loq̄
tur.§.deiecisse.Nec obst.c.mulieres.vbi diciꝛ ꝙ vere facit quia
dꝫ intelligi ꝙ vere facit q̄tū ad peccatū qꝛ canones magis con-
siderant animū q̄ actū.vt no.Dy.in regula peccati.et ista dicta
Bar.retuli in.d.c.mulieres.ꝛ ista faciūt ad aliud quod ipse no.
in prestante opē furto:homicidio:percussiōibus ꝛ similia ꝙ nō
dicatur fur.homicida:vel percussor licet q̄tū ad irregularitatē
vel repellendū a promotionibus pro talibus irregularis repu-
9 tetur.vt ipse no.in.l.is qui opem.in prin.de fur.¶ † Sexto que
a ro vtrū qui mandat [a] teneaꝛ velut principalis:an vt p̄stans opē
Cy.arguit pro ꝛ ꝯ in.d.l.nō eo minus.in.iiij.q.Bar.dicit in.d.
§.si seruus meus.ꝙ si faciens est principalis mandans teneꝛ vt
mandans.prestans opem teneꝛ vt prestans.ꝛ oīa ista sunt sepa
rata ꝛ distincta.et obligationes quibus isti teneñ quelibet est
principalis.nec obligatio accedit obligationi licet factum acce
dat facto.quod dic vt per eū in.l.qui seruo.§.j.ff.de fur.ꝛ p hoc
s̄.qꝛ sunt diuerse obligatiões ꝛ diuersa pacta videꝛ ꝙ defensio
nes facte per principalem delinquentem.puta qꝛ fecit ad sui de
fensionem.vel reprobauit dicta testiū:vel personas ꝯ ipsuꝫ testi
ficantes.quod dic ꝙ nō prosint mādatario.quod dic vt no.in re
gula rati.j.de reg.iur.in mercu.ꝛ p Cy.in.l.j.C.de aduo. diuers.
iud.ꝛ p Bar.in.l.adultera.ff.de adul.ver.plene an absoluto ma
lefactore videaꝛ absolutus mādator.¶ Septimo quero de q̄-
stione quā format glo.ij.vtrū renouatio mandati que nō perue-
nit in noticiā mandatarij excuset mandanteꝫ a pena excōicatio
nis si mandatarius post talem renouationē clericū verberauit.
Ber.ꝛ Host.ꝙ sic.Inno.ꝙ non.Bar.brix.tenet opi.Ber.ꝛ ho
stien.quo ad ecclesiā militantē.sed quo ad deū vera sit opi.Inn.
ꝛ hoc placet glo.pro opi.Inno.ꝯ opi.Ber.ꝛ Ho.facit.l.de cle-
ri.§.si seruū.ff.de cōdi.ob tur.cām.nā vbi lex siue constitutio in
aliquo casu prouidet sicut est cū constitutio facit eū liberuꝫ cui
hoc mandatū est vt faciat ꝛ nō facit.nā si dn̄s reuocat illud man
datū lꝫ mandatarius nō certioretur.tn̄ nō erit liber ex constitu
tione diui pij propter reuocationē que faciebat eū liberuꝫ certa
est.vt.l.si pecuniā.ꝛ.l.cū ad presens.ff.si cer.pe.ita hic dꝫ cessare
pena canonis cui reuocatio certa est.Guil.de cūg.ibi ꝯriū.naꝫ
illa excōicatio nō infertur simpliciter a iure:sed interueniēte fa
cto hoīs.ꝛ ideo debuit ille homo ꝛ cū facto excōicatio debebat
sequi ꝛ certiorari.ꝛ ita dicit Bar.in.d.§.si seruus.et dixi in cle.
prima.de renun.Quid si ante mandatū cōsummatum mādans
moriaꝛ an postea sequuto delicto erit excōicatus. Bar. in.d.c.
mulieres ꝙ nō.Inno.ꝛ Host.T.ꝛ Gof.ꝯ cū intelligaꝛ in eadē
voluntate decessisse maiores.de bapt.tenui in.d.c.mulieres opi
nio.Ber.Inno.ꝛ Host.qꝛ mandatū reintegraꝛ expirat morte
vt.l.mandatū ciuitati.Itē mandatū nō obligat sed oriꝛ obliga
tio ex delicto sequuto vt dixi.s̄.in.ij.no.Cū ergo tūc quo ille p-
ficit mandatū mandās sit mortuus excōicatio nō apprehendit
mortuū qꝛ ecclesia vel eiꝰ ꝯstitutio nō ligat sub terra.s̄.eo.a no-
bis.Sed hic queriꝛ mandans nō reuocauit mandatuꝫ. sed diu
post mādatariū illud delictū ppetrauit an teneaꝛ mandās.istaꝫ
questionē ponit Inn.in.c.ad audientiā.de homi.ꝛ dicit ꝙ semp
teneꝛ mandans nisi mandatū sit reuocatū expsse vel tacite.puta
qꝛ fecit pacē cū inimico suo vel parentela.ff.de ali.leg.l.iij.in fi.

a ¶ Qui mādat. Adde ꝙ mandantis appellatiō evenit faciens. Bartol. in.l.si p alium. ff.ne quis eum.ꝛ in.l.sꝫ si vniꝰ ꝛ ibi Alex. ple.§.si seruus.ff.đ iniur. Bartolus ī.l.si seruus.§. p̄tor ait.de acq̈r. here.Bal.ī c.j.qui.mo. feud.amitt. Alex.in.l.si quis id qđ. de iuris. oīꝫ iud.ꝛin.l.ij. §.j.ff.qđ q̇sqꝫ iur.ꝛin.l. j.ff.de x̄,ob.

ꝛ hoc no.in.d.c.ad audientiã. ¶ Ubi etiã no.an talis reuocatio debeat intimari aduersario quẽ mãdaui offendi.dicit ꝙ non:qꝛ sufficit reuocationẽ innotescere mãdatario:sec⁹ in ꝯsulente vel ꝑsuadente.qꝛ si vult reuocare vt postea nõ teneat̃ requirit̃ ꝙ nõ solũ reuocet sed intimet illi in cui⁹ ꝑniciẽ ꝛ detrimẽtũ suasionez ꝛ ꝯsiliũ dedit rõnem differẽtie ibi vide.ꝛ Bar.in.d.§.si mãdato Et hec dicta sunt de mandãte.de ꝯducẽte Bar.parũ dicit in.d.§.si mãdato ꝛ dat regulã ꝙ oĩa q̃ dicta sunt ĩ mandãte ꝛ mãdatario:debẽt intelligi repetita in cõducẽte ꝛ cõducto hoc saluo qd̃ dixi:qꝛ isti sic ꝯducti ꝛ ꝯducẽtes grauius delinquũt qꝛ peccata mediant̃.Et ideo grauius puniunt̃ vt assassini.vt.d.c.j.de homi

10 ci.s̃.eo.li. ¶ Uenio ad ꝑstantẽ opem siue auxiliũ. ꝛ quero ergo qualiter dicat̃ quis prestare auxiliũ siue opẽ delinquenti.Bar. ꝙ qñqꝫ.l.punit opem vel auxiliũ simpl̃r non contẽplatione certi actus.puta dicit statutũ quicũqꝫ dederit opem vel auxilium ex bannito puniat̃ in tm̃.Qñqꝫ punit̃ auxiliũ respectu certi actus puta q̃ dederit auxiliũ sumit̃ multũ late ꝑ quolibet adiutorio siue iuuetur ꝑsona siue associet̃ siue aliud fiat qd̃ ad eius vtilitatẽ ꝑtineat vt.l.iiij.post princi.ad.l.iul.maie.ibi cui⁹ opera ꝛc.circa hoc est aduertendũ ꝙ qñqꝫ prebet̃ auxiliũ sciẽte superiore puta implorando ab eo simpl̃r miam vt exbãnitus rebanniat̃ ꝛ istud auxiliũ est ꝑmiss.vt.l.si fuerit.ꝛ.l.q̃dam de reb⁹ dubijs fallit ĩ eo q̃ damnat⁹ crimine lese maie.ꝑ quo nõ lꝫ supplicare vt.l.q̃sq̃s.C ad.l.iul.maie.Qñqꝫ hoc fit corã supiore in via iustitie vt qꝛ peto ꝓnunciari bannũ nullũ vel peto cassari allegãs aliquam cãm iniustitie ꝛ succũbo ego aduocat⁹ ꝛ ꝓcurator in cui lꝫ ꝛ video:ꝑstare auxiliũ ad hoc:facit qd̃ no.in.c.ꝓposuit de cle.exc.mi.qñqꝫ prestat̃ auxiliũ extra iudiciũ ignorãte superiore vt mittendo victũ vel pecuniã ꝛ punit̃ vt.l.iiij.ad.l.iuliã maie.ꝛ qd̃ ipe no.in l.post legatũ.§.his vero.ff.de his qui.vt indig.ꝛ hoc de primo qñ in lege vel statuto fit mẽtio.s.de auxilio:siue ope simpliciter. ¶ Uenio ad scd̃m membrũ qñ fit mentio de ope siue auxilio respectu certi actus.ꝛ in hoc dic ꝙ qñqꝫ quis prestat auxiliũ ante maleficiũ.vt si prestat ferramenta vel scalas cã faciendi furtum vel pecuniã cã inueniendi assassinũ vel domũ.ꝛ tũc videt̃ prestare opem maleficio.vt.ff.de fur.l.si pignore.§.ferramẽta.ꝛ.l.vtrũ ad.l.pomp.de parri.de adulte.ꝛ.l.qui domũ.ꝛ punietur eadẽ pena qua principalis delinquens habita consideratione qualitatis.vt infra dicam.Qñqꝫ quis prestat auxiliũ in ipso actu quo maleficiũ cõmittitur assistendo malefactori vt habilius committat.ꝛ tunc idem.s.vt puniatur.vt.s̃.probatur in.l.j.C.de rapto.virgi.qñqꝫ auxiliũ prestatur post maleficium.puta prestiti auxilium ad euadendũ homicidam ꝛ tunc non tenetur tanq̃ ꝑstans auxiliũ:siue opem homicidio:sed ex illo titulo de his qui latro.ꝛ si impediret familiã capere teneretur lege iul.maiest.de quo ꝑ eum in.l.cuiusqꝫ.ff.ad.l.iul.maie.hec verba nisi precessisset consiliũ ante.puta dixit primo facias qꝛ adiuuabo te ad euadẽduz nam talis spes ad malum est species auxilij.Ista ponit Bar.in l.in furti.ff.de fur.que membra et alia in predictis vtilia tangit glo.in cle.j.de penis. ¶ Nono quero in casibus in quibus prestans auxilium siue opem obligat̃ ex delicto principalis qualiter puniatur.Bar.in.l.is qui opẽ.ff.de fur.refert opi.Dy.Cy.Ray.ꝛ alioꝝ.postea dixit ꝙ regulariter prestans opẽ puniatur eadem pena qua principalis.vt.l.si is qui opem.ff.de adult.ꝛ.l.nihil.ad.l.cor.de sicca.fallit in casu.l.raptores.C.de rap.virg.ꝛ l.j.C.de nili agge.nõ rum.vniuersaliter de hoc per Cy. ¶ Itez fallit qñ qualitates propter quas dꝫ pena augeri vl̃ minui sunt diuerse in persona facientis ꝛ opem prestantis.sup quo aduerte qꝛ quedã sunt qualitates ex quibus pena auget̃ que superueniunt preter propositũ delinquẽtis ex post facto extra ipsum delictũ.vt deprehensio de qua in.d.l.is qui opem.ꝛ tũc cuilibet ꝑmittitur ꝑm ꝙ illa qualitas supuenit in ipso.ex quo infert qd̃ si principalis cõdemnat̃ in plus ꝓpter ꝯtumaciã prestãs opem q̃ nõ fuit ꝯtumax nõ tenebit̃ in illo pluri.idez dico si creuit cõdẽnatio ꝓpter negationẽ delicti:vel solutionẽ non factã in termino.facit.l.j.ff.de in lit.iur.Quedã sunt qualitates que ĩsunt ab ipso initio tꝑe delicti ꝑm propositũ delinquentiũ.Exemplũ principalis offendens erat filius.prestans erat extraneus.isto casu prestans opẽ punietur in plus ꝓpter qualitatẽ inherentẽ in ꝑsonam principalis delinquentis.vt.l.vtrũ.ad.l.põ.de par. ¶ Ex quo infert ꝙ si popularis prestaret opẽ nobili qui punit̃ in plus ꝑm statuta ciuitatis Perusij.vel ciuis prestaret opẽ forensi q̃ similiter plus punit̃ ꝑm statuta ciuitatis ibi prestãs opẽ talib⁹ punietur in plus propter qualitatem inherentem ꝑsone principalis. ¶ Sed quid econuerso si in principali est qualitas que habet penã minuere:pone exempla econuerso.nobilis ꝑstitit opẽ populari vel forensi ciui an minuet̃ pena prestantis opez ꝓpter illam qualitatem inherentẽ in personaz principalis delinquentis.tenet ꝙ non in.l.qui seruo.eo.tit.ꝛ.l.si quis id quod.in fi.ff.de iur.omniũ iud.ꝛ probat̃ in.l.j.ff.ad.l.põ.de par.vbi si aliqua

de coniunctis mandat extraneo ꝙ homini dicat cõuiciũ tene[tur] tur de parricidio vt ibi ꝑꝫ:ibi nec de dolo malo ꝛc.Et sic mandans tenebit̃ sua pena nõ considerata ꝑsona mandatarij.Quedam sunt qualitates que insunt tꝑe delicti rõne loci vel temporis.vel persone in qua delinquitur.exemplũ prestiti tibi opẽdo ad tui securitatẽ extra plateã:vel extra ecclesiã:ꝛ tu cõmisi[sti] in platea vl̃ ecclesia vbi est maior pena:vel ꝑstiti tibi arma ad [oc]cidendũ ticiũ qñ erat priuata ꝑsona:tu occidisti qñ erat ĩ dignitate.vtrũ prestans opẽ puniet̃ in plus ꝓpter qualitates inh[eren]tes ipsi delicto.dic ꝙ questio stat in hoc vtrũ prestans opẽ o[bli]getur cũ delictũ perficit̃:an cũ prestat opez.ꝛ tenet ꝙ obliget[ur] ex delicto ꝓpter mandatũ siue opem precedentẽ.vt sentit glo[.in] l.j.§.persuadere.de ser.cor.ꝛ insti.de oblig.que ex deli.nascu[n]t̃ §.opem.ex quo infert in questione predicta ꝙ cũ prestans op[em] obliget̃ tꝑe quo principalis deliquit ꝛ ille in predictis exẽpl[is] deliquit in ecclesia vel platea:vel de nocte:vel in ꝑsona posit[a] [in] dignitate tenebit̃ rõne dictarũ qualitatũ eadem pena qua prin

scz veritatē iudiciū atq̄ iustitiā.xxij.q.ij.animaduertenduz.⁊.c.
quāto.de iureiu ¶ In hac autē renunciatiõe euidens apparet
iniquitas cū mulier ⁊ minor renūciat vniuersa que habz ex quo
ptz ꝙ reipsa inest dolus ⁊ deceptio iuris ꝑsumptione. presumit
enim lex fragilem esse statum minoris ⁊ mulieris captionib⁹ ex
positā.l.j.ff. de mino.simil'r ꝯtra sexū muliebrē ꝑsumens dicit fe
minas ꝯtra ꝓpria cõmoda laborate.l.iij.C.de spõ.vñ sicut sunt
faciles ad renūciandū:ita etiam ad iurandū.l.si mulier.C.ad vel
leya.⁊.l.doli mali.de noua.cū igitur ex qualitate facti dolus ꝑ
sumatur.l.j.⁊ ibi no.de excep.doli ex minori etate sexus fragili
tate ⁊ facti qualitate arguit̃ hic cõtractus de dolo ꝑsumpto vel
de dolo reip̄a.arg.l.si quis cū aliter.ff.de ver.ob.⁊.l.ij.C.de do.
excep. Ex quo infero ꝙ sicut põt peti relaxatio iuramēti per cõ
tractuz dolo initiū:vt not.in.c.abbas.qd me.cau.⁊.c.si vero.de
iureiu.⁊ hoc sentit Jo.an.post Uin.c.cū cõtingat.sup glo.circa
fi.vbi dixit ꝙ lz iuramentū obliget mulierē ad obseruantiam cõ
tractus debet tñ instare vt absoluat̃ ⁊ sic cõcludit ꝙ debeat ab
solutionē cõsequi illo casu multomagis in isto vbi cõcurrūt sex⁹
fragilitas ⁊ minor etas ⁊ ꝓbatio lesionis enormis.facit questio
disputata ꝑ Jo.an.de eo q̇ iurauit nõ venire ꝯ laudū qd ostēdit
postea iniquū ⁊ ego etiā dictā disputationem in alia re assumpsi
pleni⁹ ⁊ incipit cū capitulo laycus. ¶ Sed tūc instabis in aut̃.
sacramēta.⁊.c.cū ꝯtingat.cū similibus.male dicāt ꝯtractū debe
re inuiolabiliter obseruari si semꝑ relaxatio possit peti solutio:
dic ꝙ in illis iuribus iuramentū firmat ꝯtractū ꝯ solēnitatez iu

ris ciuilis reprobantis illos contractus. Sed si de dolo vel de equitate euidenti cōtractus arguatur: ergo tūc non debet iura mento firmari quia esset iniquitatis vinculū ꝯtra iura predicta pro hoc consilium Fede. in ordine. cxciiij. vbi minor ꝓmisit suis fratribus nō habere regressum ad bona paterna vel materna. et hoc fecit certificata per notariuꝫ de legato mille li. sibi facto in testamēto patris cū tamē nullū testamentū vel legatū sibi factū appareat ex hoc eñ apparet vnde perinde est ac si causa non sub esset. l. cū in. l. de contrahen. emp. facit quod no. Cy. post Dy. in l. ij. C. de rescin. ven. ⁊ Jo. and. de emp. ⁊ ven. c. penul. in nouella.

Casus notabiles ī q̇bus iuramētum non firmat contractuꝫ irreuocabiliter.

6 ¶ † Ex predictis possumus elicere plures casus in quibus iuramentum nō firmat cōtractum irreuocabiliter: puta cōtra nullitatem que prouenit ex omissa solēnitate legis vel statuti: item nec econtra iniquitatem ⁊ dolositatem. ¶ Item cum prohibeť propter odium contrahentis tm̄. ¶ Item cum prohibitio contractus dirigitur ad personam ẜm Barto. ego idem dico cū ꝓhibitio est in rem. adde alios casus in quibus contract⁹ non potest firmari iuramento: vt cum initur super impossibili de natura de facto vel ẜm bonos mores. nam videtur in talibus de esse consensus. l. solum. de actio. et obli. Item iuramentum requirit iuris adminiculum quod non cadit circa impossibilia. de cōdi. insti. l. filius. ¶ Item iuramentum non firmat actum contra naturam impossibilem ip̄ius actus. l. cum precario. ff. de prec. ⁊ qđ not. in. c. quod semel. j. eo. vbi dicitur de statuto iurato. ⁊ in. c. dilecto. de preben. in nouella. ¶ Item non firmat cōtra ius publicum vel magistratus vel contra ius superioris ⁊ generaliter nō firmat actum contra ius tertij. l. fi. ad municipa. c. venientes. de iureiuran. ¶ Item nec contra publicam vtilitateꝫ: vt dicto. c. si diligenti. Item iuramētum non firmat actum inter prohibitos l. qui testamentum. ff. de probationibus. ⁊ l. cum quis docēs. §. codicil. ff. de legatis tertio. Similiter non firmat cōtractum cessionis nec contractuꝫ simulatum. l. ab anastasio. C. mandati. ⁊ l. emptione. et ibi not. C. plus valere quod agiť. Item non firmat donationem inter virum et vxorem ne reuocetur. l. j. C. de sacrosan. eccle. per Cynum. Item non firmat cōtractus cui deficit solennitas probatoria. Nam talis solēnitas est inducta ob publicam vtilitatem. Unde non potest pactis ⁊ iuramentis priuatorum tolli. de pactis. l. ius publicum. ⁊ l. nemo potest. ff. de lega. j. ¶ Aduerte tamen quia iuramentum facit valere actū omni forma ⁊ modo quibus melius potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis. ij. Unde si in testamento iuratur in quo deficit numerus testium iuramentuꝫ operatur sicut clausula quod valeat omni modo et iure quo melius valere potest: et sic valebit vt codicillus. Item iuramentum non firmat ꝯtractum qui deficit ratione solennitatis formalis: vnde non firmat stipulationeꝫ que deficit ratione forme. ¶ Sed quid deficit contractus quia lex sibi non assistit: vt in stipulatiōe facta alteri ⁊ in pacto nudo dic ꝙ firmatur iuramento vt in. c. quotiens cordis. j. q. vij. ¶ Item non firmat contractum ratione rei vel materie super qua interponitur vt si contrahat super re de qua non est cōmertium: vt. l. inter stipulantem. §. sacramenta. ff. de verb. obliga. ⁊ l. apud iul. §. fi. de lega. j. ¶ Item non firmat contractum super hereditate futura deferenda vel certo modo disponenda. l. fi. C. de pact. ⁊ l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obliga. per Bart. firmat autem contractum prohibituꝫ a iure propter alias nullitates subditorum vt transactionis super futuris alimentis vel renunciatiōis future hereditatis. ista enim non sunt prohibita quia cōtra bonos mores. ¶ Sed quia verisimiliter pro modico in presenti remitteret quis multa de futuro. c. j. de pac. s̄. eo. li. ¶ Ex his aliqua habui a Barto. in dicta. l. si quis pro eo. vbi dicit in fine ꝙ donatio inter virum ⁊ vxorem firmatur iuramento: vt no. Guil. de iureiuran. in. l. sed ⁊ si possessori. aliter Cy. in. l. j. C. de sac. san. eccle. vt dixi. s̄. opi. Guil. sequitur Barto. ⁊ Fede. de senis consilio. cxxxv. vbi plene tangit an iuramentum spectet ad forum iudicis secularis: ⁊ an lex vel statuta possint reprobare iuramentū dixi in repetitione regule ea que fiunt. in. iij. q.

7 ¶ † Sed iuxta predicta occurrit probabile dubium vtruꝫ leges vel statuta possint reprobare contractus iuramento vallatos. Nam ex questione Fede. de senis Jaco. de bel. Barto. ⁊ aliorum. s̄. relatorū videtur ꝙ sic: quasi qui resistit legi vel statuto videať resistere potestati: ideo quod facit est inualidum tanꝙ peccet mortaliter ꝓut dictum est. ¶ In contrarium facit quod iuramentū obligat deo. c. ⁊ si christus. de iureiurando. nō videtur ergo qđ possit impediri per legem humanam sicut nec impediri potest obligatio naturalis instituta de iure naturali gen. et ciui. §. sed naturalia. ¶ Item quia iuramentum est res spiritualis nihil ergo vel statuta. c. decernimus. de iudi. et. c. cum ad verum. xcvj. di. ¶ Item lex expresse confirmat contractus iuramēto vallatos. auť. sacramenta preallegata. quod ergo superior confirmat inferior non infirmat: vt in auť. de defen. ciui. §. interim. ¶ Itē si passim possint statuta reprobare iuramenta apposita in ꝯtractibus aper[iretur] via periurijs ⁊ inducerentur homines ad peccandum. tal[ia] enim statuta ip̄o iure sunt nulla. c. constitutionem. de verbo[rum] significatione. s̄. eodem libro. ⁊ quod notat Bart. in. l. testam[en]ti factio. ff. de testamen. sic simil'r non potest statutum dispone[re] super matrimonijs prohibēdo sub pena filijsfami. contrahere [si]ne consensu patris. c. statutuꝫ. de hereti. s̄. eodem lib. in nouell[a].

¶ Ad hoc respondeo ⁊ dico ꝙ istud dubiuꝫ declaraui plene [in] repetitione. c. ea que fiunt. in. iij. q. vbi primo cōduxi ꝙ iudex l[ai]cus potest cognoscere de questione iuramēti principaliter ⁊ i[n]cidenter quod tenet Jo. and. in. c. cum laicus. de foro compet. [s̄.] eo. libro. Reprobare autem vel remittere iuramentum vtrū p[os]sit rationes ⁊ iura de quibus. s̄. vrgent. Sed certe multe sunt [le]ges que reprobant ⁊ remittunt iuramenta: vt. l. non dubium. [C.] de legi. ⁊ l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. j. ⁊ l. que sub cōd[i]tione. §. fi. de condi. insti. ⁊ l. fi. ff. qui satisda. cogā. cum infinit[is] similibus. Et glo. singu. dicit ꝙ lex in hoc obtinet vim apostolici. l. adigere. §. ꝙuis. ff. de iurepa. Idem etiam est dicendum [in] statutis vt si aliqua equitate vel causa legitima prohibeant m[i]nores filiosfami. mulieres ⁊ similes contrahere ⁊ contractum [re]probent. ⁊ quia fingunt deceptionem vel dolum certe tales c[on]tractus non poterunt iuramento firmari. de quo per Bal. in [di]cta auť. sacramenta. C. si aduer. ven. ⁊ l. pactum quod dotali. [C.] de colla. ⁊ per me plene in dicta repetitiōe que fiunt. ideo hic [vl]tra non prosequor. ⁊ per Bal. etiam plene in dicta. l. non dub[ium]. in. xvij. op. ¶ Secūdo principaliter opponitur de dicta. l. in[tel]ligere. C. de luitione pig. hypotheca enim est accessoria ad obligationem principalem cui accedit sicut fideiussoria: vt. l. generaliter. ⁊ l. fideiussor obligari. ff. de fideiusso. ⁊ tamen sublata prin[cipali] cipali prescriptione hypothecaria: vt. d. l. intelligere. ¶ Sol[ui]t glos. sublata principali tempore adhuc durat hypothecar[ia] q[ui]a est lōgioris vite: vt. l. cū notissimi. C. de p̄scri. xxx. vľ. xl. an. [s]i principalis tollať hypothecaria: tūc etiā tolliť hypotecaria [vt] in glo. ¶ Sed vř ꝙ ista solu. non sit bona: quia destructo prin[ci]pali per viam prescriptionis etiam accessoriū destruitur siue [lo]quamur de accessorio fauorabili vt de fructibus: vt. l. eos. C. [de] vsuris. ¶ Solu. quandoqꝫ tempus vite accessori est per se sta[tu]tum a iure seorsum a principali: ⁊ tunc non tollitur vt. d. l. eo[s]. ⁊ hoc verum quando principale tollitur prescriptione. nam t[unc] eadem est ratio tollendi principale ⁊ accessorium sciꝫ neglig[en]tia non petentis: vt. c. vigilanti. de prescrip. sec⁹ si principale t[ol]latur solutione: quia tūc non tollitur accessorium: vt. ff. de eo [quod] certo loco. l. fi. ⁊ l. centum capue. nam tunc non est eadē ratio [tol]lendi accessorium: quia solutio non debet parere liberationeꝫ [con]tra quam soluatur. l. non vlt. C. de non numerata pecu. ¶ S[ed] quid dicesso principale tollatur sententia an tollatur accesso[rium]. glo. in. d. l. eos. dicit ꝙ non: quando est tale accessorium quod [est] in obligatione: vt. l. j. C. de iud. que non facit: quia loquiť in [sen]tentia condemnatoria. ¶ Sed questio querit de absolutoria. ideo ibi dicit Bal. ꝙ aut in sententia inseritur cā apta ad vtrū[que] remouendū sortem tm̄: puta causa solutionis sortis: et tunc n[on] tollitur obligatio accessoria pene vel interesse. Aut nulla inse[ri]tur causa: ⁊ tunc in dubio tene glo. in. d. l. eos. quia cū incerti [su]mus de causa ⁊ postea se habere ad esse ⁊ non esse exceptio rei [iu]dicate nō concludit necessitate in accessorio. facit. l. j. §. labeo. [ff.] de flumi. ⁊ l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui ope. nunci[a]. per Barto.

8 ¶ † Collige igitur ex predictis ꝙ quandoqꝫ pri[n]cipalis obligatio tollitur pacto: quandoqꝫ prescriptione: qu[an]doqꝫ solutione: quandoqꝫ sententia. ⁊ in quolibet dubitari p[o]test an tollatur hypothecaria vel alia accessoria que descēdit [ab] ip̄a principali ⁊ in quolibet membro patet solutio ex predicti[s]. ¶ Ego credo in sententia ꝙ per eam sub lato principali toll[i]tur hypothecaria sicut quando principalis tollitur iuramen[to] vel pacto. ¶ Nam his casibus equitas que liberat a princip[a]li liberat ab hypotheca. l. si defendēte. quibus modis pignus [vel] hypotheca soluitur. ⁊ glo. ⁊ Bal. in dicta. l. eos. non cōtradic[unt] quia loquuntur de accessione pene ⁊ interesse descendentium [ab] obligatione separata a principali suo aliam equitatem habe[n]te vt patebit infra statim. ¶ Sed dices quare in. l. eos. C. de v[su]ris. tolluntur illa accessoria sublata principali prescriptione: [et] tamen non tollitur hypotheca que est ratio diuersitatis. ¶ S[o]lutio quedam est accessio que fundatur in equitate sui solius: [vt] est accessio que venit officio iudicis. ff. de dam. infe. postulasse[.] ⁊ in isto sublato principali tollitur accessoriuꝫ: quia fundatur [so]lum in equitate ratione vi principalis nec habet matreꝫ obli[ga]tionem. l. iiij. C. deposi. Quedaꝫ est accessio que fundatur per [se] in equitate separata a suo principali: vt est accessio pignoris [que] fundatur in equitate sui contractus: ⁊ in ista nō sequitur si su[b]

lata est

ata est obligatio principalis tempore ergo ⁊ accessoria hypo-
thece. nam equitas que tollit actionem personalē non est talis
que possit tollere hypothecā realem: quia hypothecaria est for-
tior quod patet: quia durat longiori tempore: vt. d. l. cum notissi
mi. §. j. ⁊ hoc no. Cy. in. d. l. intelligere. vbi arctius extordit nun
quid sublato principali possit remanere accessoriū ⁊ distinguit
ibi quatuor genera accessionū. ¶ Nam quedam est accessio per
sonarum quedam rerum: quedam obligationū: quedam actionū
in quolibet mēbro queritur an sublato principali tollatur ac-
cessorium. In primo genere. s. personarum distinguit. ¶ Nā aut
queritur vtrum. s. necesse sit perimi accessorium perempto princi
pali: ⁊ dic ꝙ non: q: mortua matre non est necesse mori liberos:
immo propter liberos quandoq; sustinetur. l. pregnantis. ff. de
e. Aut queritur vtrum sit necesse perimi non q̄tum ad se: sz q̄-
tum ad dispositionē de se factaz. Et subdistingue: quia aut erat
dispositio ante mortem cōsummata: aut nō. primo casu non tol-
litur accessorium. ff. de rei vendi. l. solum. §. meum. Aut non erat
dispositio consummata ⁊ refert: aut est facta mentio de principa
⁊ accessorio expsse vt lego vel vendo ancillam cum liberis: tūc
ante traditionem moritur ancilla non tollitur accessoriū. l. ter
a ⁊ quarta. de pe. leg. Aut non est facta mentio de accessorio sz
principali tantum: tunc si anteq̄ dispositio compellatur tolli
r principale tollitur etiam accessorium. l. si res ven. de in diem
lie. ¶ Secundum genus. s. de accessione rerum eque per eadē
membra subdistinguit: quia aut queritur vtrum sit necesse peri-
i accessorium sublato principali: ⁊ dicendum est ꝙ non: si pōt
r se stare vt res corporalis. vnde vestis non est accessoria ho-
ini non perit mortuo homine. l. seruo alieno. §. j. ff. de lega. j.
Aut non potest per se stare vt seruitus in fundo: quia est qua
tas que per se stare non potest. ff. com. pred. l. j. ⁊ de verb. signi.
uid aliud sunt iura: aut queritur vtrū sit necesse tolli q̄tum ad
dispositionem sui: ⁊ tunc aut dispositio non erat ↄsumpta ⁊ per
mpto principali non perit accessoriū: vt. d. l. solum. Aut disposi
o non erat consumata: ⁊ tunc aut est facta mentio de principa-
tantum: aut de vtroq;. Si de principali ⁊ tunc tollitur accesso
um: vt. l. mortuo. §. j. ff. de le. ij. Si de vtroq; refert: aut est facta
entio de vtroq; per verbum eque principaliter copulatū ⁊ per
opulam: ⁊ tunc non tollitur ⁊ perit accessorium perempto prin
pali. ff. de fun. inst. l. si fundum. ⁊ l. j. §. que depositis. ff. deposi.
Aut per verbum accessorium coniunctum vt per coniunctionē
m tunc ante consumationē perempto principali perit accesso
um. l. j. ⁊. ij. de spe. le. ⁊ in hoc differt ista accessio rerum ab acces-
one personarum in qua non refert vtrum per verbum copulati
m principaliter an per verbum accessorie coniunctiuū. ¶ In
rtio genere. s. accessione obligationum nunquid sublato prin-
pali tollatur accessorium distingue: quia aut queritur de acces
rio contrahendo eo tempore quo tollitur principale: tunc sub
to principali tollitur accessorium siue principale tollatur ipso
re siue ope exceptionis. ff. de vsu. l. acceptū. de fideius. l. si post-
aut obligatio accessoria est ↄcta anteq̄ tollatur principale: ⁊
nc aut tendūt ad diuersos effectus aut ad eundem effectū. Si
diuersos: tunc q̄nocūq; tollatur principale nō tollit̄ accesso-
um. de act. ⁊ ob. l. traiecticie. §. de illo. ⁊ de ver. ob. l. qui rome.
j. ⁊ idem de pena loco expensarum succedente. Si tendunt ad
ndem effectum: tunc refert aut principale erat sublatum ipso
re aut ope exceptionis. Si ipso iure subdistingue. Aut prin-
pale tollitur propter equitatem deficientem in seipsa: et tunc
blato principali impossibile est accessoriū remanere. inst. qui.
o. tol. ob. in prin. ff. de re. iur. l. cum principalis. Si autem non
llitur propter equitatem deficientem sed propter aliam subti
n rationem: tunc non tollitur accessorium sublato principali.
d treb. l. debitor. §. fi. de ca. pecu. l. fi. §. qui castrense. l. stichū.
. de sol. l. si sine herede. de admi. tu. Secūdo casu quando prin
pale sublatum est ope exceptionis subdistingue. Aut em̄ erat
uitas tollendi accessorium sicut principale: ⁊ tunc non perma
at accessorium sublato principali. ff. qui. mo. pi. vel hypo. sol.
eferente. ⁊ l. soluitur. in fi. cum. l. seq. eo. ti. Aut non est eadem
uitas tollendi accessoriū sicut est tollēdi principale: ⁊ tunc nō
llitur accessorium sublato principali: immo remanet: vt. d. l. in
ligere. de lui. pig. ⁊ ratio est: quia fortior est hypotheca q̄ per
nalis. ¶ In quarto genere. s. actionum cuius non tangit nisi
m actio large sumitur pro officio iudicis quod deseruit actio
principali dixi. s̄. post primā oppositionē in ver. ego credo in
ntētia ⁊c. Et predicta est diffinitio cum in. d. l. intelligere. que
quitur quando queritur an sublato principali pereat accesso-
um. Sed Inno. alibi tangit an accessoria comitentur siue se-
antur suum principale etiam si de ipsis non fiat mentio ⁊ di-
nguit. Nam quedam sunt accessoria actionum quedam iudi-
s officio ⁊ alijs dispositionibus que videas per exēpla: vt not.
c. tanta. de exces. prela. Et ego de istis accessorijs in. c. signifi

cantibus. de lib. ob. in repe. ¶ Predictis applico questionem
disputatam Titius vendidit Seyo fundum qui Seyus dictū
fundum sempronio obligauit Seyus postea cōuentus a Titio
⁊ condemnatus cōdictione. l. ij. C. de rescin. ven. noluit supplere
iustum precium sed fundum restituere ⁊ sic fecit. queritur vtrum
sic resoluta venditione resoluatur pignoris obligatio siue hypo
theca predicta per Seyum ante recisionē contracta vt sic Sem
pronius non possit agere hypothecaria: ⁊ videtur ꝙ non possit
aduocare: quia fuit contracta hypotheca. a Seyo vero domino
tempore obligationis: licet dominus esse desierit. l. que nondū.
§. quis dicitur. de pig. ¶ Secundo videtur tex. in similibus in
l. bouem. §. qui pignus. ⁊. §. precedenti. de edili. edic. vbi seruus
emptus postea redhibetur cum durat ad pignus medio tempo-
re contractum ad. l. si debitor. in prin. ff. qui. mod. pig. vel hypo.
sol. quia ista restitutio est quedā alienatio: quia per eam in ven-
ditorem dominium transfertur. l. j. C. de fundo do. ergo cum sua
causa ⁊ oneribus quibus subiacet transferri videtur. l. alienatio
ff. de con. emp. ⁊ l. traditio. de acqui. re. do. ¶ Quarto pro hoc
videtur tex. in. l. si post acceptum. de rei ven. vbi si aduocatur do
minium ab eo qui vsucepit cogitur cauere de dolo ne forte pi-
gnorauit: ex quo patet quod licet dominium reuertatur: tamen
durat pignus medio tempore contractum: quia certi sunt modi
quibus tollitur hypotheca. de quibus in. l. si tibi. §. de pignore.
de pac. ⁊ de pig. l. grece. ⁊ qui. mod. pig. vel hypo. sol. per totum.
Sed rescisio que sic vendicat decepto vltra dimidiam iusti p̄cij
non est de illis ergo ⁊c. l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. ⁊
ob. pro hoc regula alteri per alterum non debet iniqua conditio
auferri. l. non debet. ff. eo. ti. ¶ Sed si diceremus pignus credi
toris resoluere facto emptoris. s. redhibendo auferret̄ ius credi
toris eo inuito contra. d. l. id quod nostrū. ⁊ daretur emptori ma
teria malignandi ⁊ aperiēdi viam malicijs prius videlz obligā-
do ⁊ postea resoluendo contractum claudendū: ergo est via frau
dibus ⁊ malicijs. c. porro. de diuor. ⁊. l. in fundo. ff. de rei vend. ⁊
d. l. bouem. §. si quis tantuz. ¶ In ↄrium faciūt rationes ⁊ iura
⁊ primo. l. vt autem. §. marcellus. ⁊. §. fi. de in diem adie. qui. mo.
pig. vel hypo. sol. l. si res. ⁊ quenadmo. ser. ami. l. is cui. §. fi. l. lex
vectigal. ¶ In istis legibus patet quod resoluta venditione re-
soluitur ius pignoris ⁊ resoluto iure actoris resoluitur ius suc
cessoris. c. nuper. de do. in. vir. ⁊ vxo. ¶ Secundo: quia dicta re-
scissio facta legis autoritate videtur similis restitutioni que est
in pristinum statum repositio. l. quod si minor. §. restitutio. de
mino. ¶ Tertio quia factum debitoris videtur nocere credito-
ri. de pub. l. si vsucapio. §. fi. ⁊ cle. sepe. de ver. sig. ¶ Quod dicē-
dum reperio questionem decisam quod hypotheca durat: lz ven
ditio sit rescissa. per. d. l. ij. non ob. l. lex vectigal. ⁊. §. marcellus.
cum alijs all'. s̄. quia loquuntur in restitutione necessaria ⁊ con-
tra inuitum. hic vero in voluntaria q: emptor sic voluit non sol-
uendo sicut poterat iustum precium. ⁊. l. is cui. loquitur cum re-
scissio fingit retro. l. a titio. de fur. nō ob. ar. qd̄ sit simile restitu-
tiōi: q: h̄ nego cū restitutio sit ↄ ius cōe ista rescissio ꝑm ius cōe
in. d. l. ij. non ob. l. si vsucapio. §. fi. quia illud contingit propter
factum debitoris quod fuit ante obligationem. ⁊ ita vt dixi con
cludit Thomas de piperata disputando. ¶ Tertio principali
ter oppo. de. l. ⁊ si is. C. de predi. mi. sol. dicit glo. venditio ibi nō
tenuit quo ad pupillum vel minorem: tenuit tamen quo ad illuz
curatorem olim quo ad principale ⁊ accessoriū. s. quo ad pigno-
ra. Sed ista sol. glo. non videtur bona: quia tutores ⁊ curatores
⁊ alij administratores necessarij non tenentur de gestis ⁊ admi-
nistratis per eos finito eorum officio. l. post mortem. ff. quando
ex fac. tuto. vel cu. ⁊ no. in. l. procurator. pro euictione. ff. de pro-
cu. Dic ergo ꝙ illa. l. non dicit quod teneat cōtractus principa
lis cōtra curatorem. Sed in rebus suis quas dedit pignori ob-
ligatio valet ⁊ est efficax. ¶ Et ideo Bal. soluendo contrariuz
dictum. ita dicit ꝙ aut id qd̄ sequitur ex principali fundatur in
propria virtute ipsius consequentis: ⁊ tunc valet vt ibi: quia est
extra causam prohibitionis. Aut non pōt fundari nisi in virtu-
te antecedentis prohibiti: ⁊ tunc non valet quia est in causa pro
hibitionis. ⁊ ita no. Bal. in. l. nō dubium. C. de legi. in. xiij. opp.
Cy. ibi remittit ad notata in. l. cum lex. de fideius. ⁊ ibi vide per
Bar. in. d. l. si is. per Cy. vbi dicit quod quo ad curatorem ⁊ pi-
gnora tenet ibi venditio non quo ad minorem. ⁊ hoc est mirum
cum vt dixi finito officio curatoris de contractibus iur. sub no
mine officij non tenet rursus cum lex resistat tali venditioni rei
minoris non videtur tali contractui p̄hibitio per. l. posse accede
re pignus. sol. quo ad primum: vt in. d. l. procurator. qui pro eui-
ctione. per Bal. quo ad secundum: dic vt. d. l. cum lex. per Bar.
post glo. Et vide. s̄. in. ij. opposi. ver. sed quare in. l. eos. Et ista
solutio preceptoris mei est solutio aliorum cōtrariorum in qui-
bus accessorium durat principali sublato: vt in. l. j. C. de iudi.
⁊ in alijs similibus de quibus. s̄. in secundo principali cōtrario

⁊ sequenti. in omnibus enim illis ⁊ similibus accessorium subsistit ⁊ fundatur in propria obligatione nō sui principalis: ⁊ hinc est quod lite finita per sententiam non possunt peti expense: et alia que adherebant obligationi principali et vsure ⁊ similia. l. terminato. C. de fru. ⁊ li. expen. ⁊. l. iiij. C. depo. secus si veniebat ex propria stipulatione. l. si mulier. §. si rem. ff. de leg. iij. ⁊ ibi no. ⁊. d. l. j. de iudi. idem si res in iudicium deducta pereat lite pendente. Nam non perit iudicis officiū super accessorijs. l. vtriqȝ. ⁊. l. item si verberatum. ff. de rei ven. vbi videas. Item dicimus in obligatione principali et fideiussoria. Nam lata sententia contra debitorem non mandatur executioni cōtra fideiussorem contractus: quia separata ⁊ diuersa est fideiussoris obligatio a principali. l. pap. C. manda. secus in fideiussore iudicij: quia contra ipsum fit executio cum sententia lata contra principalem fit pars iudicij: ⁊ accedat ipsi iudicio: vt no. in. c. j. de iniur. s. eo. li. ⁊. l. j. iudei. per Bar. ⁊. l. fi. de vsu. rei iud. per Cy. Item si fideiussoria obligatio sit efficacior q̄ principalis durat vbi alias non duraret. l. heres debitor. §. quod si hic seruus. ff. de fideius. facit l. debitor. de separa. ¶ Ex istis exemplis patet ꝙ quando accessorium non fundatur in suo principali sed subsistit per se trahit originem a seipso non sequitur naturam sui principalis. Et ista faciunt ad questionem domini Caleñ. nūquid si laycus fideiussit pro clerico inuito possit vel debeat conueniri in foro ecclesiastico vel in suo: et videtur quod in suo: quia fideiussor datur vt magis sit cautum creditori. ff. qui satisda. cog. l. ij. in prin. accumuletur igitur forum suum foro clerici non mutetur. argu. l. iiij.

Accessoriū an semp fundetur in suo principali.

9 §. si ex conuentione. de re iudi. ¶ † Item obligatio fideiussoris reperitur efficacior q̄ principalis. arg. d. l. si pupillus. ⁊. d. l. si is de predi. mino. Preterea exceptio fori ecclesiastici est inuenta pro clericis. c. si diligenti. de fo. compe. quod ergo in singulare priuilegium clericorum inductum est nō debet trahi ad laycos. argu. c. priuilegium. j. eo. ⁊ per consequens nec ad fideiussorem laycum quia ista exceptio est coherens persone non rei. de exce.

10 §. rei ad hoc. insti. de repli. §. sane. ¶ † In contrarium quia obligatio fideiussoris est accessoria ad principalē. l. j. ff. de fideius. ergo ratione fideiussionis factus est de foro ecclesie. de do. post di. resti. de prudētia. ⁊ de reli. l. qui religiosum. pretera reperitur hic quedam mixtura diuersorum. Nam quia laycus conueniri debet in foro suo: quia fideiussor ⁊ pro eius debito videtur quod in foro ecclesiastico cum sit mixtum sortiatur naturam simplicis dignioris ⁊ benignioris. C. de rei vxo. act. l. j. in prin. de pe. dist. j. medicamentum. preterea si conueniretur in foro suo esset eius conditio durior q̄ in foro ecclesiastico: vt in vsur. l. leta. si cer. peta. coniuncto. c. debitores. de iureiur. ⁊ subiacent statutis laycorum que forte magis sunt rigorosa in prescriptione ordine procedendi ⁊ ordine probationis ⁊ alijs qd non cōtingeret in foro ecclesiastico ex quo duo inconueniētia inferuntur. primo quod esset deterior fideiussoris conditio q̄ principalis contra. l. grece. §. illud. de fideius. Item si condemnaretur sm formam canonū hoc redundaret in damnum clerici. l. fi. C. de vsu. rei iud. ⁊ sic indirecta sententia iudicis secularis affligeret clericum in effectu quod directe non posset ergo ⁊c. c. tue. de pcu. ⁊. c. cum quid. j. e. ¶ Quid ergo dicendum solutio breuiter quod aut est actio mutui simplex et conueniri debet in foro suo. quia priuilegium fori clericalis cum sit personale non tangit eum nec suam obligationem. ⁊. d. c. priuilegium. Aut est actio mutui pregnans: quia contractus est vsurarius qui ad forum ecclesiasticum pertinet. de pigno. illo vos. ⁊ de emp. ⁊ vend. ad nostram. ⁊ tunc ista exceptio contingit rem. ⁊ tunc competit fideiussori nec mirum quia etiam cuilibet extraneo. C. de exce. l. fideiussione. tu adde quod etiam si in foro suo conueniatur. ⁊ per statuta aliter questio decidatur quam per ius canonicum: quia damnum redundaret in clericum cum si condemnaretur sm statuta pro clericis agere in iudicio seculari pro suo interesse vt petere ꝙ causa decidatur sm canones non sm leges vel statuta. arg. l. idem. §. ⁊ generaliter. ff. mandati. l. procura. ff. rem ra. habe. facit. l. venditor. ff. de iudi. ⁊ omnino vide quod no. Bal. post Cy. C. de preci. impe. offe. quotiens. vbi querit vtrum fideiussor qui renunciauit beneficio fideiussoris ⁊ beneficio cedēdarum possit vti dilatione iudicij vel obligationis concessa reo principali vsqȝ ad quinquennium forte. vbi videas plene ⁊ per Bar. in. l. cum filius. ff. de ver. ob. vbi in prin. d. l. patet plene cum vno condemnato deuenitur ad aliud in consequentiam vtrum noceat ei factum principale. ¶ Quarto oppo. videtur quod licet non valeat principale valeat tamen accessorium. l. stipulatio ista. §. alter. ff. de ver. obli. Sol. glo. ponit distinctionem in. l. pacta que contra. C. de pac. nam aut principalis dispositio est sm legem ⁊ valeat accessoria vt penalis laboret proprio vitio. de ser. expor. l. serui venditor. ⁊. l. seruus. et interdum principale est preter legem: sed penale sm legem ⁊ valeat penale quia non laborat eodem vitio: vt. d. §. alteri interdū principale est contra legem ⁊ tunc non valet accessorium vitio principali in totum. l. cum principalis. ⁊. l. seyus et augerius le. fal. ⁊ ibi Bar. ⁊. l. stipulatio. hoc modo. ⁊. l. si homo mortuus. ff. de ver. ob. ⁊ no. etiam de hoc in. l. non dubium. C. de preci. impe. offe. vbi habes que dicatur dispositio cōtra legē vel preter. ⁊ vide quod scripsi in. c. canonum statuta. de consti. in. xj. q. principali ad fi. vtrum. s. pena firmet actum prohibitum. ¶ Quinto extra glo. oppo. de. l. barbarius. ff. de offi. preto. vbi patet ꝙ barbarius tanq̄ pretor multa gessit et omnia fuerunt valida et firma ⁊ tñ ipse non potuit esse pretor cum esset seruus. Ex quo patet ꝙ accessoria hoc est que gessit valuerunt licet eorum auctor fuit reprobatus et sic accessoria non sequuntur naturam sui principalis contra istam regulam et contra. c. licet ex quadam. de testi. vbi non debent admitti quorum repelluntur auctores et c. fraternitatis. de here. ⁊ quod ibi no. ⁊. c. cum ex iniūcto. de no. ope. nun. ¶ Sol. speciale est in. l. barbarius. vt valeāt gesta per eum ⁊ hoc ratione publice vtilitatis et communis erroris quia ab oībus habebat pro libero licet nō esset ⁊ licet reuocet in dubium per doc. vtrum ipse fuerit pretor. tamen communis opi. fuit ꝙ non. vnde seruitute detecta remansit seruus. et hoc tenet Bar. Guil. de cu. ⁊ Bal. ⁊ Inno. in. c. nihil. e. ti. vbi ad fi. nō dicit in simili ꝙ tuitio pretoris valet his qui contrahunt cum prelato sed nō valent malo prelato: gestorum ergo efficacia siue validitas fundatur in illo barbario super publica vtilitate que versatur in multa per eum gesta ratione publici officij quod gerebat non perimit et super assumptione de ipso facta a populo Romano ad dictum officium ⁊ hec assumptio habet vim confirmationis ⁊ reddit habilem ad officium qui non erat quo ad efficaciam gerendorum licet non quo ad personam suam quin possit ab officio remoueri ⁊ in seruitutem redigi. facit ad hoc quod no. Inno. in. d. c. quod sicut. de elec. ⁊. l. j. §. illud pompo. ff. quod fal. tu. au. ⁊ reprobant hec plura similia videlȝ ꝙ ratione publici officij valent et tenent que quis facit q̄diu in officio toleretur. viij. q. iiij. nonne. ⁊ hinc est quod ea que fecit Iudas licet malus q̄diu fuit toleratus valuerunt sicut facta aliorum apostolorum. j. q. j. dedit baptismum iudas. ⁊. c. christus. ⁊ prophetizauit Saul licet malus. j. q. j. multi. et. c. prophanus. etiam Cayphas ea. dictum. facit quod no. de ele. dubium. in. ij. glo. quia tamen ⁊ notario occulto excōmunicato cuius instrumentū valeret: vt in. c. decernimus. s. eo. lib. de sen. excom. in nouel. Inno. de exce. pre. ⁊ in Spe. de instru. edi. §. restat. ver. quid si instrumentum. ⁊ in aut. de tabel. ad fi. ¶ Item sententia lata a seruo qui communi opi. habebatur pro libero: licet postea in seruitutē deuenit. l. ij. C. de sen. ⁊ interlo. om. iud. ¶ Item in ordinatione facta prelato simoniaco qui communi opi. non habebatur pro tali. j. q. j. si qui a simoniacis. vnde Inno. circa hoc generaliter loquens tradit regulam ꝙ omnes qui habuerunt canonicum ingressum licet postea fiant heretici vel simoniaci ratum est quod fit ab eis quousqȝ in officio tolerent in dicto. c. nihil. idem videtur de illis qui non habuerunt canonicum ingressum vt patet in illo barbario qui erat seruus tempore quo assumptus fuit ad prelaturam seu ad prefecturā. idem in patrono putatiuo cuius presentatio remanet valida: licet postea apparet tunc non fuisse patronum. c. consultationibus. de iurepa. ¶ Sed pro pleniori declaratione predictorum applico hic. q. dispu. per dictum Io. cald. in his terminis excōmunicatus qui communi opi. habebatur pro non excommunicato ecclesiasticum beneficium contulit vel eligitur ad illud vel rescriptum impetrauit queritur an de iure valeant. ¶ Et primo ad partem negatiuam arguit sex medijs ꝙ non valeant. ¶ Secundo ad aliam partem affirmatiuam alijs sex medijs quod valeant ⁊ deinde soluit ⁊ post solutionem ex his que dicit elicit vnam dist. breuem ⁊ nota. quam bonam suis iuribus ⁊ rationibus in solutione positis confirmabo singula membra

11 dicte distinctionis. ¶ † Cum ergo querit vtrum valeat vel non que gerit excommunicatus sic distingue aut illa communis op. non erat probabilis: ⁊ tunc non prodest: puta erat sententia excommunicationis publice contra eum lata. c. probandum. de re iudi. ⁊. c. tanta. de exces. prela. ⁊. c. veritatis. de do. ⁊ contu. ⁊ hic adde quod no. in cle. j. de sepul. ⁊ in. c. j. ⁊. ij. de ord. ab epi. qui re. epi. ⁊. xlij. di. preter hoc idem si sit in possessione dignitatis sed non confirmatus. nam et in hoc casu opi. non tuetur gesta per ipsum: vt no. Inno. in. d. c. nihil. aut illa communis opi. erat probabilis: ⁊ tunc aut actus de quo queritur competit ratione singularis ⁊ priuati interesse aut ratione publici officij. ¶ Primo casu aut facit pro se ⁊ ad sui commodum ⁊ vtilitatem: ⁊ tunc etiā communis opi. non iuuat: et ideo si excommunicatus qui communi opi. habebatur pro non excōmunicato pro se ⁊ ad sui commodum impetrauit rescriptum vel iure proprio eligit nō valet impetratio nec electio nec iuuat eum communis opi. excommunicatione. de testa. de cle. excom. mi. proposuit. nam predicto casu

impetrare

impetrare rescriptum nō competit ratione publici officij:vt per
se patet similiter nec eligere:quia id competit ratione canonica
tus vel spiritualis fraternitatis:vt not. Inno.in.c.veritatis.de
dolo.⁊.c.cum dilecti.in vlt.glo.⁊.c.cum dilectus.de consue.⁊ de
offi.ord.irrefragabili.§.excessus.⁊ quod ibi no. Inno.⁊ optime
quod per ipsum no.de pcu.c.fi.in.j.glo.⁊ sunt hec vera siue sciat
siue ignoret se excommunicatum.ad hoc quod no.de cle.excō.⁊
pos.vbi etiam Ho.dicit ꝙ eligere vel eligi non cadit in excōmu
nicatum q̃tuncunq̃ sit occultus dummodo confici possit. Idez
putat Jo.cal.si talis sit excommunicatus qui causa opi.habeba
tur pro non excommunicato eligit vel impetrauit pro alio qui
sciebat eum talem.nam beneficiū ignorantie.de quo statim sub-
dam non prodest scienti.de sen.ex.cum non ab homine.⁊ qd̄ no.
in.d.c.apostolice.⁊ de preb.dilectus.j.super glo.ij.vbi non tenet
impetratio eius qui impetrauit excommunicatum:lz occultum
scienter in iudicem. Si autem dominus constituit pcuratorem
excommunicatum occultum ignoranter tunc dicit valere electio
nem ⁊ impetrationem factam nomine domini ignoranter.⁊ hoc
casu vera sit opi. Ho.⁊ Arch.in.c.j.de rescri.e.li. ¶ Aliud mem
brum est quando actus de quo queritur competebat ratione pu
blici officij:⁊ tunc aut erat actus temporalis ⁊ communi opi.iu
uatur etiam vt credo si ille ad cuius commodum actus geritur
sciebat eum excommunicatum ratio quia contra ipsum hoc op-
ponere non poterat quousq̃ erat in officio toleratus.c.ij.de ele.
per Inno.⁊ ad hoc vide quod no.doc.in.d.l.barbarius.aut non
erat actus temporalis sed spiritualis:⁊ tunc aut queritur de ex
communicatione ab ipso lata ⁊ non tenet ab excommunicato q̃
uncunq̃ occulto ⁊ tolerato nam talis excōicatus etiam occul-
tus est extra ecclesiam.iiij.q.iiij.c.fi.xj.q.iij.c.aud.⁊.c.omnis.er
go in virtute dei vel ecclesie ius aliquod tribuere non potest vel
effectualiter exercere. Aut loquimur de alio actu spirituali quā
excommunicationis:⁊ tunc aut loquimur in spiritualib⁹ in qui
bus confertur caracter vt sunt ordinationes:consecrationes:et
similia ⁊ in istis videtur velle Inno.in.d.c.nihil.quod ista duo
ad excōicationem sunt irrita nisi interueniat dispēsatio ⁊ sic lo-
quitur.j.q.j.c.j.⁊.ij. Alibi Inn.dicit ꝙ ordinationes ⁊ sacramē
ta alia collata ab hereticis ⁊ simoniacis ⁊ alijs quibuscunq̃ cri
minosis ⁊ occultis valent ⁊ tenent:nec recipientes indigent ali-
qua dispensatione:quia tollens executionem sui officij habet
.l.ad ea.j.q.j.si qua simoniacis.nisi essent simoniaci vl' heretici
notarij.de quo ibi no.⁊ ita no. Inno.in.c.j.de scisma.sed Jo.cal.
in.d.dispu.videtur inclinare in primam opi.videlz ꝙ spirituali
bus que habent executionem annexam sicut sunt ordinationes
quia predicti suspensi executionem nō habent illa effectualiter
non conferunt:⁊ ideo circa ipsam executionem necessaria est dis
pensatio:vt.d.c.si qui a simoniacis.⁊ de or.ab epi.qui re.ep.c.ij.
¶ Quedam sunt spirituales que non habent aliam executionē
postq̃ sunt ministrata ⁊ conferre beneficia ꝯfirmare ⁊ similia et
in istis Jo.cal.tenet ꝙ facta ab excōicato qui communi opi.ha
bebatur pro non excōicato valent si sint facta ei qui ignorauit
dummodo cōmunis opi.sit probabilis mouetur quia ratione pu-
blici officij ista sunt postq̃ toleratur eius facta circa alia sunt va
lida.nam hoc videtur facere dignitas non persona postq̃ in of-
ficio toleratur:vt no. Inno.in.c.nihil electi.⁊ hoc tenet Jo.cal.
et Inno.alibi videatur tenere ꝙ in beneficijs ecclesiasticis et
alijs spiritualib⁹ non tenet collatio facta a prohibito qr suspe-
sus est.hoc ipse no.in.c.raynal.de testa.in gl.pactum.ver.in be
neficijs aliter dixit in.c.si vere.de sen.ex. ¶ Ego teneo opi. Jo.
cal.non ob.ꝙ sint suspēsi quia ista suspensio iur.donec fuerit pu
blicata per sentiam hominis non videtur impedire executionē
publici officij.ar.c.cum fm legem.de here.⁊ cle.j.de censi. Sub-
dit Jo.cal.de collatione facta ei qui sciebat eum occulte excōi-
catum vtrum valeat:videtur ꝙ non sicut.s̄.dictuz est de occulte
excōicato impetrato scienter ⁊ in electione quam facit pcurator
occulte excōicatus si dominus sciuit eum talem ꝯctuz.ipse vero
tenet in collatione facta scienti ab occulto excōicato cum super
hoc habet potestatem ratione officij vel dignitatis in qua tole-
ratur poterit tamen tali beneficio priuari vt puniaᷣ in quo pec-
cauit.participauit enim cum persona prohibita ⁊ in actu prohi
bito.ad hoc.j.q.j.si qui epi.cum concor.⁊ de cle.ex.mini.postula
sti. ¶ Ex predictis apparet ꝙ licet principalis autor ex post-
facto detegatur inhabilis ad officium quod gerebat tamē gesta
per eum ratione publici officij remanēt valida quia cōsideratur
in hic gestis dignitas non persona ministri.facit.l.cum decem.ff.
de l.fal. ¶ Et hinc sumpta occasione quero si sindicus constitu
tus ab vniuersitate vel constitutus a prelato agit pro vniuersita
te vel nomine prelati vtrū possit ei inhabilitas ꝯstituentiū puta
excōicatio opponi. Inn.in sindico dicit ꝙ non obstabit sibi agē
ti pro vniuersitate lz omnes de vniuersitate sint excōicati post
eius ꝯstitutionem secus si tempore constitutionis ⁊ est ratio qr

sindicus ⁊ yconomus postq̃ sunt creati recipiunt potestatem a
canone ⁊ agunt nomine vniuersitatis que non potest excōicari.
xxiij.q.iij.si heres in constituto a prelato dicit secus cum talis
necesse habeat agere nomine prelati ꝯstituentis vnde sicut pre-
latus repelleretur ita ⁊ constitutus ab eo.c.post cessionē.de pro
ba.⁊ idem quod de sindico vniuersitatis dicit in visitatore ⁊ co-
adiutore qui non agunt nomine dantium sed nomine ecclesie cu
ius est visitator vel coadiutor.in istis enim non nocet quod is
cuius adiutor est sit excōmunicatus cum ab eo non fuerit consti
tutus nec nomine eius agat sed ecclesie. ¶ Et idem dicit si con-
stituens esset excōicatus:vt ⁊ ipse no.in.c.fi.de procur.vbi dicit
aliud esse in sindico ⁊ actoribus ⁊ huiusmodi officijs temporali
bus ⁊ que ad libitum reuocantur:vt.s.non habeant exercitium
a constituente excōmunicato.ad hoc.c.j.s̄.eo.de offi.vic. ¶ Et
per ista dico ꝙ excōicato epo instituto ab eo in beneficijs non
ob.excōicatio epi in agendo postq̃ sunt instituti agunt nomine
suo non nomine epi ⁊ sic a canone recipiunt exercitiū actionuz ⁊
idem vr̄ in priorib⁹ ⁊ monialibus:vt nō ob.eis excōicatis maio-
ris prelati eadez ratione.facit cle.j.de sup.ne.pre.⁊ cle.j.de resc.
¶ Quid si excōicato pupillo doli capace vel adulto vel filiofa-
milias vtrum tutori curatori ⁊ patri obstabit excōicationis ex-
ceptio ex personis predictorum in tutore ⁊ curatore puto ꝙ si-
cut obstaret prelato sua excōicatio agenti nomine ecclesie que
equiparatur pupillo.c.j.de re.in inte.⁊ lz tutor ⁊ curator habeat
administrationē a lege siue a iudice qui dedit eos.l.j.ff.de tute.
tamen in agendo debent facere mētionem de pupillis suis ⁊ ad
ultis ⁊ eorum nomine agi.l.j.C.de admi.tut.⁊ sic non ob.quod
dixi de visitatore ⁊ coadiutore. In parte etiam est dubium qr hz
administrationem a lege in bonis filij ⁊ etiam vsufructum vnde
saltem hoc respectu non videtur sibi obstare excommunicatio fi
lij. Sed certe cum in agendo oporteat facere mentionē de filio:
⁊ eius nomine agere.l.cum non solum.de bo.que lib.forte idem
est in eo qd̄ in tutore ⁊ curatore in parte etiaz qui agere pōt pro
dote de consensu filie.sol.ma.l.ij.§.voluntatem.ff.sol.ma.vtrum
ob.exceptio ex persona filie.credo ꝙ non propter cōionem quā
habet pater in actione de dote:vt no.in.l.non solum.solu.ma.⁊
quia exercitium actionis de dote fundatur in patre ⁊ in filia ac-
comodante consensum tantum:vt.d.§.voluntatem. ¶ Unde et
si excōicatio impediret accomodare hunc consensum de quo du
bito tamen pater non prohibetur ob hoc ab exercitio actionis.
ar.c.j.s̄.ne se.va.eo.li.⁊ in.d.§.voluntatem.vbi filia impedita
prestare cōsensum propter furorem pater potest agere. ¶ Sex-
to oppo.sic si quis ingreditur monasterium bona va.velut acces
soria eum sequuntur in auᷣ. ingressi. C.de sa.sanc.eccle.l.si ado-
ptauero.ff.de preca.vbi etiam probatur quod bona tanq̃ acces
soria sequuntur personam sed alibi dicit canon ꝙ ingresso reli-
gionem si exeat non restituuntur eius bona:ergo accessoria non
sequuntur naturam principalis.xvij.q.iiij.sunt qui opes. Sol.
de ista sequela bonorum cum ingressus monasterium egreditur
est longa distinctio vtruz bona recuperet ⁊ doc.dicunt ꝙ si exijt
infra annum probationis recuperat quia videntur sub tacita
conditione collata.s.si in monasterio remanserit.l.stipulatus.ff.
de iu.do.⁊ quod ista videatur donatio quedā causa mortis que
si non sequatur mors reuocatur est ratio Bar.in.d.auᷣ.ingres-
si. Quandoq̃ exijt post annum ⁊ sic post pfessionez tacitam vel
expressam:⁊ tunc si de sententia superioris vel iur.quia trāsiuit
ad aliam strictiorem religionem ⁊ sequuntur eum bona ne sit se
cundo monasterio onerosus.xxvij.q.j.si quis rapuerit. Quā-
doq̃ sine licentia ⁊ tunc non recuperat.c.licet.de reg.⁊.d.c.sunt
qui opes. Quandoq̃ exijt quia ingressus non tenuit:puta erat
vxoratus:⁊ tunc aut hoc ignorabat credens vxorem mortuam
⁊ restituuntur bona et si non tenuit principale:lz est ingressus:
ergo nec accessorium.i.sequela bonorum.l.cum principale.ff.de
re.iu.aut hoc sciebat.s.vxorem viuere.⁊ sic ingressum non tenere
et tunc ante ingressum de bonis nihil dixit et sic eum tacite se-
quebantur:⁊ tunc si non valeret exp̄ssum nec tacitū.l.item.§.qui
habet.ff.de ser.vr.pred.⁊ hoc tenet Ja.but.in auᷣ.ingressi.⁊ ibi
communiter omnes. Aut contulit bona expresse:qr dixit offero
me ⁊ mea:⁊ tunc vitiata obligatione ⁊ professione persone non
vitiaᷣ obligatio bonorum:quia videtur donare.l.cuius per er-
rorem.ff.de re.iu.si tamen sit inops ⁊ non habeat vnde viuat de
equitate canonica sunt ei bona reddenda.xvij.q.iiij.c.si.⁊.c.qd̄
a te.de cle.con.⁊ ibi in nouel.⁊ per Hosti.in sum.eo.ti.§.placet.
Sed incidēter iuxta predicta quero vtrum ista tacita obligatio
⁊ sequela bonorum habeat locum in minore ingrediēte religio-
nem:videtur ꝙ non:quia ista est quedam alienatio in monaste-
rium:ergo requiritur iudicis decretum et autoritas curatoris.
ff.de re.eo.qui sub tu.per to. ¶ Contrariuz tenet Cy.in.d.auᷣ.
ingressi.⁊ Jo.an.in.c.in presentia.de prob.per istud.c.nam cum
principale.s.professio persone non requirat ista solennia:quia

Filiusfami lias si sit ex cōicatus an obstabit pa tri exceptio excōicatio nis.

mutat statum in melius: ⁊ ideo non lesus seruiendo deo. l. si ex causa. §. fi. ff. de mino. ergo nec accessoriū. isto casu. s. seq̄la bonorum req̄rat aliā solēnitatē: vt in ista reg. ⁊ in. c. si sup gr̄a. de offi. de. s. eo. li. fac. d. l. si adoptauero. de p̄ca. vbi trāsit ꝓbo sine alia traditione trāslata ꝑsona cui⁹ erat in alteri⁹ p̄tāte q̄ al's nō req̄ret sine apphēsione. l. cū heredes. de ac. pos. regulant ergo bona s̄m statutū dn̄i cui⁹ velut accessoria. ⁊ hinc est ꝙ īterdictū bonis ꝓdigo ꝑ iudi. Boñ. illud interdictū extēdit ad bona sita Ferrarie ⁊ alibi vbicūq ꝓpter istā regulā: vt no. Bar. in. l. relegatoꝝ §. interdicere. de īterd. ⁊ rele. ⁊. l. cūctos populos. in vlti. q. C. de sum. tri. ⁊ fi. ca. Jo. an. post Inno. in. c. pasto. de priui. vbi in alienatione rei sancti Proculi boñ. site. Florētie req̄rit autoritas ⁊ decretū epi Boñ. vbi monasteriū sitū est nō Florētie vbi est sita possessio: lꝫ q̄dā dicūt ꝙ etiā eps̄ Florētin⁹ h̄ posset de quo ꝑ Cy. C. de p̄d. mi. l. si p̄diū. vbi dicit ꝙ cauti⁹ est ꝙ vtriq interponat. ar. l. iurisperit⁹. §. cū oriūd⁹. de exc. tu. ⁊. c. cū illoꝝ. de sen. ex. hoc tū oīno. vide qd̄ scripsi post Jo. an. in. c. ij. de immu. ec. eo. li. vbi quo ad onera subeūda inspicit locus vbi sita est ecclesia siue monasteriū nō vbi sunt eius bona: ⁊ ratio ibi no. ⁊ p̄dicta faciūt ad no. i. d. l. cūctos populos. ꝑ Bar. in vl. q. vtrū effect⁹ sn̄ie late extēdat extra territoriū: ⁊ distinguit q: aut sn̄ia respicit ꝑsonā aut respicit respectu certi loci: ⁊ tūc interdictū nō porrigitur ad alia loca extra territoriū iur. dicēt nisi ad q̄dā bona ī ꝯsequētiā ⁊ iuris dispositionē: vt. d. l. relegatoꝝ. ⁊ hinc est ꝙ īterdicta ciuitate etiā suburbia ⁊ ꝯtinētia edificia ītelligunt interdicta rōne accessorij ⁊ coherētie. de sen. ex. si ciuitas. s. eo. li. qd̄ est verū etiā si suburbia ⁊ ꝯtinētia edificia sint alteri⁹ iurisditiōis q̄ iudicis de ciuitate īterdicētis: vt no. Jo. cal. in trac. de eccle. inter. nā dicta suburbia ⁊ ꝯtinētia edificia veniunt ex dispositione iuris in ꝯsequētiā nō principaliter ex sn̄ia iudicis interdicētis. facit qd̄ dicim⁹ de excōicatis minori ꝓpter excōicationē. nam lꝫ causet a sn̄ia hoīs: tū dꝫ excōicatio canonis: nō vbiq extendit effectū suū cōtra participātē. no. in. c. nup. de sen. ex. ⁊ qd̄ no. in. l. q̄d ergo. §. pena grauior. de his q̄ no. infa. ⁊ qd̄ dixi in suburbijs ⁊ ꝯtinētibus edificijs idē dicas in capella ꝯtingua ecclesie interdicte: secus si remota in. c. j. de ꝯse. ec. vel alta. s. eo. li. Quādo sn̄ia nō respicit interdictionē loci sꝫ diminutionē stat⁹ vt est excōicatio infamia ⁊ similia: ⁊ tūc seq̄tur ꝑsonā vbiq sicut lepra leprosum: vt no. in. l. ex ea. de posthu. ⁊. c. q̄ in ecclesiarū. de offi. ord. excōicat⁹ ergo vel effect⁹ infamis ꝑ sn̄iam hic Boñ. erit excōicat⁹ vel infamis vbiq. Scd̄o casu qñ sn̄ia respicit bona vtrū extendat ad bona extra territoriū iud. sn̄iantis. pone q̄dam est ꝯdēnatus hic Boñ. cū publicatione bonoꝝ hꝫ q̄dā bona alibi vtrū illa bona erūt publicata. Gui. de cu. ꝙ sic. sꝫ q̄dā ciuitas habebat bona sita ī suo territorio q̄si vacātia. de bo. va. l. j. ꝓ hoc. l. si q̄s p̄sbyter. C. de epi. ⁊ cle. vbi p̄sbyteris ꝯdēnatis bonā partē habet ecclesia partē curia vel patron⁹. ad hoc insti. de legi. tu. §. fi. de bo. da. l. si qñ. Bar. in. d. l. cūctos popu. relatis alijs opi. ponit sn̄am dicēs ꝙ ciuitas nō pōt sibi publicare bona de iure cōi ꝓpter delicta: vt. d. l. j. de bo. va. ⁊ ibi no. ciuitates Italie q̄ hoc ius sibi vēdicāt et faciūt hoc ex priuilegio vel antiqua ꝯsuetudine que obtinet vim priuilegij: vt no. in aut. de defen. ci. §. iusiurādū. in fi. magne glo. hoc p̄misso dicit ꝙ aut iurisditiones sunt separate ⁊ vna est bursa fiscalis in effectu in vtraq aut sunt separate iurisditiōes ⁊ separate burse fiscales primo casu aut vlla publicatio fit de iure cōi ⁊ bona vtriusq loci erūt publicata. l. si qñ. de bo. vac. ⁊ fiet executio ꝑ officiales illi⁹ loci vbi sunt sita bona: vt. l. cum vnus. §. si is qui. de bo. au. iu. pos. ⁊ qd̄ ibi no. ⁊. d. l. si quando. ⁊. l. fi. de bo. va. Aut publicatio fit s̄m ꝯstitutiones vel leges spirituales ⁊ tūc aut ille leges sunt in vtroq loco vbi sunt bona. exēplū cuꝫ plures iudices deputati sunt in vno regno ꝑ diuersa territoria regni: ⁊ vn⁹ publicat s̄m ꝯstitutionē legalē: ⁊ tūc oīa bona regni erūt publicata eadē ratione. Aut dicte leges sp̄uales nō sunt in vtroq loco ⁊ tūc publicatio nō se extēdat ad bona loci vbi non viget ꝯstitutio: vt. l. extra territoriū. de iur. om. iu. ⁊. c. vt animarum. de ꝯsti. e. li. Scd̄o casu qñ iurisditiones sunt distincte ⁊ diuerse burse fiscales. ⁊ tūc aut publicatio fit de iure cōi ⁊ extēdit ad bona alibi sita aut de iure speciali. ⁊ tūc nō extēdit ad bona alibi sita. ⁊ ita no. Bar. in. d. l. cunctos pop. ad fi. vbi Bal. ī isto mēbro vtrū sn̄ia extendat ad bona sita extra territoriū sn̄iantis distinguit ꝙ aut respicit bona ꝑ modū ꝯfiscationis aut ꝑ modū alteri⁹ pene ꝯsistētis in quātitate puta ꝯdēnat in mille primo casu qñ per modū ꝯfiscationis refert aut status ꝑsone sic mutat ꝙ nō pōt habere ꝓprietatē bonoꝝ tunc oīa ꝯfiscant vbiq posita nō tū ꝯfiscant oīa fisco iudicis ꝓnūciātis sꝫ fisco vbi bona sunt sita: vt. d. l. cū vnus. §. is qui. facit quod no. Inn. in. c. postulasti. de fo. cōpe. aut stat⁹ ꝑsone nō repugnat ꝓprietati obtinēde tūc nō ꝯfiscant nisi bona que hꝫ in loco ꝯdēnationis nō bona extra territoriū situata. nā q̄tū ad ꝯfiscationē pōt diuidi effect⁹ sn̄ie. l. si mulier. §. j. ex qui. cau. ma. ⁊ ad. l. fal. l. in ratione. §. cū q̄dam.

